



JEHOVÆ ADSPIRANTE GRATIA DESUPER!

ΕΛΑΦΟΓΡΑΦΙΑ

sive

CERVI DESCRIPTIO

Physico-Medico-Chymica,

in quâ

Tam Cervi in genere,

quam in specie ipsius partium considе-
ratio Theorico-Practica instituitur,

ad

Multifarium usum præsertim Medicum,
Omnibus ferè Corporis Humani Affectibus

seu

PANACEA



apprimè conveniens:

Secundum Leges ac Methodum
Academiæ Naturæ Curiosorum
elaborata,
Multisq; Medicinæ Secretis instructa

à



JOHANNE ANDREA GRABA, D.
Urbis Territoriiq; Erffurtens. Medico Ordinar.
& Collegii Naturæ Curiosorum Collegâ.

JENÆ,
Impensis VITI JACOBI TRESCHER, Bibl. Vratisl.
Typis JOHANNIS NISI, Anno 1668.





Præfatio ad Lectorem.

Diligenter multumque cogitanti mihi, pauloque altiùs pensiculanti, Lector Benevole, cuinam tandē Materiæ, aliquoties in Nobilissimum istud Naturæ Curiosorum Collegium (prout Magnifico Fundatori Dn. *Johan. Laurentio Bausch* Med. D. & Imperial. Reip. Suinfurt. Physico Ordin. Viro de Rep. Medicâ meritissimo appellare libuit) humanissimè à Nobiliss. & Excell. Dn. *Johan. Michaële Fehr*, D. ibidem Medico, Argonautâ & Adjuncto Naturæ Curiosorum longè dignissimo invitatus, benignissimeq; receptus, animum ac studium impende-

rem meum, nihil profectò ex triplici isto fœcundissimæ Matris Naturæ Regno meliꝰ, nihil præstabilius occurrit, quàm *Cervus*, animal illud notissimum quidem, sed planè admirandum, Regum ac Magnatum venerationi ubique sacrum: Cujus, ut reliqvum usum jam sicco, quod ajunt, pede transeam, vel solum Cornu crudum ac præparatum multa & insignia ad multos, eosq; gravissimos Affectûs, præcipuè verò contra malignos atque pestilentiales, tot ac tàm præclara sanitati & longævitati (sicut ipse est longævus) plurimùm inservientia exhibet remedia, ut illud unicum, docente *Deodato in Pantheo Hygiastico* L. 1. c. 33. fol. m. 341. integram instruere Pharmacopæam jure possit. Dicam obiter hîc cum Cl. *Rulando* ex *Cap.* 7. *Hist.* 10. *Curat. Morb. Ungar.* p. m. 204. prætermissis aliis, jam de solius Cornu

Cervi

Cervi ritè adhibiti efficaciâ, quæ tanta eſt, ut omnes ferè noſtras judicationes curandi exquiſitè compleat. Si requiris Antidotum? Cornu cervinũ præparatum efficaciſſimè malignita ibus reluctans præſtò eſt. Conaris putredinem & tollere & prohibere? Cornu cervino oppidò valebis: educit inſuper urinam, ciet ſudorem, enecat vermes, aliisq; virtutibus multis excellenter dotatum, ut demirandum ſiet, Bezoardicum lapidẽ vel Cornu Unicornis, maximi quidem pretii, minoris interim Efficacitatis, nobiliſſimo huic Cornu Cervino præferri, eisque laudibus ornari, quæ tribui potius Cornu Cervino deberent.

Equidem non ignoro, plurimos hodiè lapidem *Bezoar* plurimi habere, cùm putent eum maximâ roborandi vi prælitum, Cardiacum & Alexipharmacum audire potentiſſimum, ad quem tanquam

quam ad ſacram Anchoram quandam reliquis irritis confugiunt. Hinc Arabes *Primeroſio* teſte *de Vulgi error.* Lib. 4. c. 36. p.m. 445. adverſus venena, peſtem, ićterum, corporis & viſcerum obſtructiones valdè commendant. *Avenzoar*, ut idem tradit *Primeroſius* in *Libro Theiſir*, dicit ſe liberaſſe quendam, qui perniciosiſſimum venenum ſumſerat, exhibitis tribus granis lapidis Bezoar, in unciis quinque aquæ cucurbitæ: ita & alii aliter.

Verùm enim verò, ſi perluſtremus, quæ de lapide iſto Bezoar ſcribit *Avenzoar* L. 1. tr. 13. c. 6. inveniemus, inquit *Primeroſius*, non noſtrum lapidem, qui ab Indiis advehitur, ſed Cervi (quod tamen illuſtri noſtro *Sennerto* etiam improbari videtur *Tom. 1. Epit. Sc.* N. c. 4. fol. m. 84.) lachrymam eſſe, cui tanta Virtus adſcribitur, ut hinc tàm ex his, quàm ex aliis *inſignis adhuc circa lapidem*

Bezo-

ezoar, *ejusq; usum* *Error* videatur, dùm
:ilicet à diversis Autoribus, ratione va-
ii animalium generis ac Nominis, Sub-
antiæ, Figuræ, magnitudinis ac quali-
ıtis, Coloris, Saporis & Odoris diver-
ıs habetur. Nimirùm Arabes in Cervis,
ut Capri-Cervis eum nasci credidere:
uidam verò in Capris quibusdam Indi-
is, Europæis, ut *Bontius Medic. Indor.*p.
.6. sentit, non valdè absimilibus, nisi
uòd habeant erecta & longiora Cor-
.ua, ac quædam ex iis versicolore sint
elle, ut Tygrides, pulchroque aspectu,
uales duæ in arce Bataviâ visæ quoti-
iè: alii verò apud Indos Orientales in
uodam Hirci genere reperiri ajunt, no-
nine deductô à vocabulo *Pazan vel Pa-
ar*, quod iisdem Hirci genus significet:
el à *Bel*, quod apud Chaldæos, juxta
Anselm. Boet. à Boot de lapid. ac Gem. L. 2.
. 191. p. m. 361. & Arabes, ut vult *Zacu-*

tus Lusitan. de Medicor. princip. Histor. L. 5. *Hist.* 29. atque apud Ebræos secundum *Renodæum, Tom.* 3. c. 22. *dispensator. Galen. Chym.* notat Dominum & *Zoar* venenum, unde *Buzoar* vel *Bezoar* quasi Dominus venenorũ, aut à voce *Bezaor*, quæ Mauritanorum linguâ etiam veneni Dominum denotat: *Bontius* a. *Pazahar* i. e. contra venena, à vocabulo Persico composito ex *Pa* h. e. contra, ac *Zahar* h.e. venenum, ut qs. commune nomen sit omnibus Remediis, quæ Græci Alexipharmaca atque Alexiteria vel Antidota nuncupãt; *duplexq;* inde dicitur *lapis*, unus *Orientalis* ex Indiâ, Persiâ, vicinisq; Regionibus allat9, in quodam Hirci genere, aut in ventre Capræ alicujus Indicæ Sylvestris cornutæ (nonnullis potissimùm in proventriculo, hinc & in ventriculo & aliis cavitatibus internis) repetiundus. D. *Crauel. Dissert. Valedict.*

Dia-

)iaphoreti. *Boet. de Boot.* l. c. alius *Occi-*
lentalis ex Americâ & Peruviâ advectus,
qui in diverso quoque animali (non dis-
imili fortassis priori, nisi quod Corni-
ous orbum) reperiatur.

Hinc & quoad Substantiæ, Formæ
.c qualitatis rationem varius est. A *Rha-*
e enim describitur mollis, colore flavo,
.lbicante, sapore nullo, levis atque lu.
ninis modô splendens: à *Garzia ab Hor-*
o, Pro-Regis Indiarum Medico atque
iliis statuitur esse coloris ex viridi nigri-
:antis, vel albicantis ad gryseum ten-
lentis: à Cl. *Schrödero* a. in *Pharmacop.*
Aedico-Chym. L. 5. *Class.* 1. de animal. p. m.
77. (de Capricervâ Orientali) substan-
â e laminis instar Cæparum sese invi-
em incumbentibus, compactâ (vel
orticatim concretâ); figurâ variante,
ovali, rotundâ, fissili, & intus cavâ (me-
ditullio paleam, pilos vel simile conti-

nente;) superficie levi & splendente; variante etiam pondere ac magnitudine (quidam enim avellanam, quidam juglandes, ova columbarum & gallinarum æqvant, interdum quoque malum aurantium, quale se vidisse refert *Josephus Acosta* l. 4. c. 42.) deinde & Colore nunc nigricante, sicut prælaudatus vult *Sennertus*, nunc flavescente, subviridi, subcinericio, plerumq; verò spadiceo, atrovirente, aut ex viridi nigricante; odore & sapore nullo, adeo, ut *summa in dijudicatione Lapidis cautio adhibenda*, ne pro genuino ac vero adulterinus & fictitius adhibeatur, (v. g. ex lapidum fragmentis & pice artificiosè coagmentatis: item ex Cretâ, Cineribus Testarum, sangvine sicco & lapidib9 Bezoar minoribus pulverisatis & cum liquore incorporatis: vel ex ☿☿☿ ignis artificio compactis, tinctis &c.) de quo Cl. *Schrod.* c. l. Unde sanè

ànè non modò nulla utilitas, verùm et-
am plus damni, quàm commodi ægro-
is ſæpiùs emergit, atque hinc benè mo-
iet inclytus conſummatæ Experientiæ
Botanicus *Matthiolus*, ut circa uſum ejus
robè circumſpectus atq; cautus unus-
uisque ſiet, dùm ingenuè ſe ignorare
atetur, an & Lapis Bezoardicus Impe-
atoris verus exiſtat, creditque potius eſ-
e adulterinum, quam genuinum.

Proinde ſatius & tutius omninò
quod tamē citra cujusvis præjudicium
ictum volo) longâ Experientiâ certò
c utiliter probatò Cornu Cervi, ex eo-
ue arte paratis, quàm ignoto fortè ac
ubio (aliter verò de legitimo ac ſince-
o, ut, qui rem effectu determinat, judi-
o) Lapidi Bezoar periculosè nimis fi-
endum. Vitam enim & ſumtus, ut be-
è docet incomparabilis *Sennert. Tom.*
. f. 173. hôc Medicamentô in pericu-
lum

„lum adducere consultum non est, cùm
„alia non minùs efficacia & usu proba-
„ta remedia suppetant, inter quæ non
„minimum, sed maximum ferè est no-
„strum C.C.

Nec obstare fortè debet genus istud Hominum, qui nullâ ratione formam Medicamentorum non tantùm idoneam, sed illorum quoque sumtuosam confecturam expetunt, alioquin tanquam vilem atque inutilem aspernantur, persuasi cujusdam divitis Exemplo, qui cùm à *Galeno* Summo in Arte Medicâ Viro L. 3. *Comp. Medic. gen.* cap. 8. f. m. 471. postulasset, excepissetque formam medicamenti, quo ulcus malignum in famulo sanaret, vidissetque omnia, quibꝰ constabat Pharmacum, esse vilis pretii; Hoc, dixit, Mendicis serva, me autem sumtuosius aliquod doceto. Quasi verò omnia pretiosa aut cara semper vir-

tute

ute atque effectu nobiliora: *Sæpè* namque, Experientiâ teste, *simplex aliquod, vile c certum* remedium multis Parasangis *ræstat eximio, pretioso ac minùs certo*, quod nulti pro secreto habent, & tanquam liquod deductum è Cœlo remedium requenter mirantur.

Idem propè aut certè magis de *Unicornu* seu *Cornu Monocerotis* statuere cet, cui nùm majores vires an Lapidi Bezoar vulgus attribuat, vix dici potest, ùm præsentissimum etiam omnium Alexiterium ac Cordiale esse censeat. Hinc laudatur adversus venena, febres nalignas, morbos contagiosos: proficuum insuper judicatur in Epilepsiâ Inantum, & ad infinitos Affectus alios ommendatur tanquam Medicina Universalis, humano Corpori perennem anitatem, Juventutis assertionem recuperationemque, & ægritudinum omnium

mnium profligationem repromittens. Sed *quid* quoque hoc *propriè sit Vnicornu, nondum satis constat*, cùm, quod circumfertur, Cornu, *varium pariter* sit, non tantùm substantiâ, figurâ, magnitudine, Colore aut qualitate; verùm etiam à diverso prodire animali verisimile videatur; quin planè à multis, nùm etiam reverà nobis detur, sive sit decantatissimum illud *Americanum*; sive S. *Dionysianum* in Galliâ, in Templo scil. Dionysii propè Parisios, quod elegantissimè tanquam ab ipso Dædalo tornatum pendat ℔ XVII. cũ ℥ij; sive *Venetũ*, vel *Hispaniæ*; sive *Danicum*, *Vltrajectense* vel *Helvetiorum* &c. non sine magnâ ratione meritò dubitatur: modò enim quod magno hodiè venit Cornu, Species est Equi aut Asini Indici Cornu, ut, quod ceu rarissimum colore superiùs puniceum, inferiùs album, medio verò nigrum *Claud. Ælianus*
Virtu-

Virtute deleteriâ comprobat L. 4. *de animal. Natur.* c. 52. p. 242. modò bovis Ægyptii vel Indici Unicornis tricornisvè; aut asperrimæ illius feræ Monocerotis corpore Equo similis, Capite Cervo, pedibus Elephanto, caudâ Apro, mugitu gravi, uno Cornu media fronte Cubitorum duûm eminente, de quo ex *Plin. Nat. Histor.* L. 8. c. 21. f. m. 135. & *Ælian.* l. c. L. 16. c. 20. pag. 934. Celeberrimus *Gesnerus*: modò Rhinocerotis, sive Onagri istius apud Cl. D. *Jonston.* in *Histor. Nat. de Quadruped.* Tab. XI. depicti: modò Capricervi marini, aut animalis cujusdam aquatici Cornu (quanquam quę pure Cornua intelligantur, Quadrupedum generi tantùm conveniant:) unde profectò certissimum apparet, si non ex his, plerumque Elephanti vel Equi, aut Ceti marini, Septentrionalib9 Narhval dicti (vid. illustris Dn. *Bartholin. Ci-*

sta

sta Medica locul. 37. *Corollar.* D. *Olai VVormi*; p. m. 396. & 398. It. Exc. Dn. *Præses in Schediasm. de Vnicorn. fossil.* Anchoræ Sacræ *Scorzon.* Nobiliss. Dn. D. *Febr.* junct. p. 174. & seq.) dentes aut ossa Balænarum, & Cornua Unicornium marinorum ex Islandiâ & Groënlandiâ. O. *VVorm. Muséi* l. 3. c. 14. f. 280 sive *alia* potiùs *communia* adusta seu *fossilia* in variis Germaniæ Locis propè Heidelbergam, Elbingerodam, Hildesheimium; item alibi in Saxoniâ, Thuringiâ, Hassiâ, Silesiâ, Bohemiâ &c. inventa, *seu factitia & adulterata* pro vero Monocerotis Cornu (quod præter notas alias à *Primerosio* loc. alleg. c. 38 p. 462. & aliis semper nigrum existimatur, reliqua verò colore ac cæteris non ita respondent) frequentissimè venditari.

Quod cùm ita sit, annon & hîc *Cornu nostrum Cervinum* ceu probatissimum ac

ac certū præ dubio isto & minùs comperto adhibendum? annon summa fuerit dementia, inquit Nobiliss. *Crato* in *Epist. Med.* 17. p. m. 294. ignota pretiosa multo labore ac sudore parata anteferre minùs pretiosis, notis, obviis, dūm non plus ex illis, quàm ex his commodi expectes? Ita enim *Alexander Massarias* Batavii quondam Professor Primarius & maximæ famæ Practicus in *Pract. Med.* L. 5. c. 24. fol. m. 848: De lapide Bezoar " Cornu Monocerotis & reliquis id ge- " nus præsidiis ac pretiosis Medicamen- " tis multi mirabilia prædicant, sed ego " hactenus, ut liberè dicam, tot ac tanta " miracula non potui observare, unde " neq; admodùm illorum usu soleo de- " ectari: atque eò minùs, quod non so- " ùm sint inventu difficilia & rariora; " sed etiam nonnulli rerum naturalium " tudiosi ac peritiores ea velint pro ma- "

jori parte esse commentitia & fabulosa; Confer Cl. *Deodat. Panth. Hygiast.* L.1.c. 12. f.m.115. it. Cl. *Dn. Beckel.* Medici quondam Hamburgens. PestOrdnung Anno 1597. part.2. cap.13. p.89. & *Agricol. de Natur. Cerv.* f. 44. & seq.

Si igitur L. B. desideras Unicornu, hîc habebis, & quidem juxta Excellent. *Dn. D. Mœbium in Disput. Inaugural. de Natur. Cervi* sub finem ejus, verius, quàm vel ex Indiâ vel Utopiæ finibus apportatum? Cupis Polychrestum? Hîc invenies. Vis Panaceam? Hinc reportes. Hoc verè audit *Universalis Medicina*, cujus usum in Medicinâ si trutinemus, totum nil nisi Medicina est, vi atque potestate cæteras omnes Medicinas facilè superans: non tantùm varia Medicamenta contra manifestarum; verùm etiam adversùs occultarum qualitatum, seu totius substantiæ morbos Bezoardica

ὄ χειὶ,

ȣ χειρὶ, ἀλλ᾽ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ depromens, adeò, ut nullus penè ſit Corporis humani Affectus, in quo non quoddam ad ſanitatem ac vitam, ſi non de Cornu iſto Cervi, tamen de aliâ ejus parte vel neceſſariò, vel jucundè, vel utilìter & cum fructu poſſit applicari, prout illud plurib. eleganti quodam deſcripſit Carmine D. *Bald. Ronſeus in Venat. Med.* p. 14. & ſeq.

In quem finem cùm Inveſtigatio ac Cognitio Cervi non ſolùm jucunditate, ſed & utilitate ſuâ nos mirificè afficiat, beet, ſolo ductus tractusque accuratiori Naturalium ſcrutiniô, aliorum Exemplô ex variis probatiſſimis & Celeberrimis Autoribus, præprimis Medicis, (quorum nomina bonâ quoque fide juxta Legem noſtram 5. à me citata reperientur) eorumque tùm propriâ etiam Experientiâ, ſicuti hinc inde in Tra-

ctatulo videre est, ad Solius DEI T.O.M. Gloriam, Medicinæ, si quæ hinc speranda, laudem, ac proximi emolumentum pro communi utilitate ægrotantiumq; salute, velut lege 1. institutum atque cœptum pronuper est, experiar

- - *quid valeant humeri, quid ferre recusent.*

Tu B. L. quæcunque de Ipsius Naturâ, Proprietatibus & Usu in apricum produco, pro Humanitate ac Candore tuo, quæso, boni consule, animumque Tibi inserviendi cupidum pro facto benigniter habe. Nimirùm non minùs scitè, quàm verè Taubmannia Peitho?

Debet adhuc nasci ille Coquus, qui noverit omnes
Sic condire Cibos, sapidi ut sint omnibus æquè.

SECTIO I.
Theorico-Physica.
CAP. I.
in quo
Consideratio Cervi Generalis, & quidem quoad Etymologiam ac Differentiam prælibatur.

IN Vestibulo autem, cùm ad cognoscendam Rei Naturam plurimùm faciat Explicatio Nominis, de quâ prudenter *Epictetus* : ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις; non inconveniens fore arbitror, si ad meliorem declarationem sub auspicium Cervi NOMEN, de quo omnis nostra Tractatio jam futura est, paucis saltem evolvam.

Dicitur CERVUS qs. *Gervus*, à gerendo nomen sortitus juxta *Varronem* de LL. quia magna Cornua gerit: vel ἀπὸ τῶν κεράτων i. e. à Cornibus, quæ primùm bimo oriuntur, simplicia quidem ac recta, ad Subularum simi- 1. Cervi Nomen.

similitudinem, unde & *Subulo* per id tempus appellatur, Germ. Spieß-Hirsch/qualis Cervi Cornua Cl. D. *Gesnerus* se vidisse scribit dodrantis circiter longitudine, posteà verò annuatim ramosa magis fiunt usque ad Annum sextum. Conf. Cl. D. *Agricola de Natur. Cerv.* f. m. 12. & 13.

Græcis appellatur ἔλαφος, qs. ἔλοφος, ὁ καὶ ἡ, ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν, ἢ ἐλᾷν τοὺς ὄφεις, quòd Serpentes capiat aut agitet, ut *Eust.* & *Plutarcho* videtur. Ita enim hic *de prud. animal.* edisserit; ἐλάφοις τοὔνομα πεποιῆσθαι παρώνυμον οὐ τῆς ἐλαφρότητος, ἀλλὰ τῆς ἕλξεως τῶν ὄφεων, ὅτι οἱ ὄφεις ῥαδίως ἄγονται ὑπ' αὐτῶν. Confer præter al. Celeberr. D. D. Sachs *Cammarolog.* pag. 180. 436. 437. 462. 468. Item Exc. Dn. D. *Major. de Serpent. petrefact. Dissert.* p. 9. 24. &c,

Latinis dicitur *Cervus* & Cerva, *German.* Der Hirsch und die Hirsch-Kuhe / die Hinde / Wilde / oder das Thier: *Italis* Cervo: *Hispanis* Ciervo: *Gallis* Cerf. *Anglis* a Harte: *Danis* Hiort: *Cerva Italis* la Cerva: *Hispanis* Cierva: *Gallis* Biche: *Anglis* à Hynde.

2. Differentia. DIFFERENTIA pro vario Sapientissimæ Naturæ lusu & usu existit varia, prout quoque diversum genus à variis recensetur. Communiter tamèn præter *vulgares* nostros

stros (Cervum Hirsch / Cervam Hindin / & Hinnulum Jung-Hirsch oder Hind-Kalb) quidam sunt *Damæ-Cervi*, Germanis gemeine Dam-Hirsche / quibus ex parte similes *Platycerotes*, vel *palmati*, quia scil. latis sunt Cornibus. *Plin.* H. N. L. 11. c. 37. f. 202. palmarum instar, ex quibus digitos Natura emisit, in multis locis, præcipuè & Helvetiis frequentes: quidam *Subulones*, Italis Brocardi, Germanis Spieß-Hirsche nuncupati, quòd Cornua eorum nunquam ramusculos obtineant: quidam *Hippelaphi*, seu EquiCervi, animalia nempe Formâ Equi & Cervi, quæ referunt, ita dicta in Locis Septentrionalibus juxta Britanniam vulgaria, Germ. Pferd-oder Roß-Hirschen: quidam verò *Tragelaphi* seu Hirco-Cervi Bock-Hirsche (divinus *Lutherus* in S.S. Versione Germanicâ Deuteron. 14. vers. 5. reddidit Steinböcke / prout scil. juxta vulgatam editionem antiqua habent Biblia Latina) quæ sunt animalia Hirci & Cervi figuram mixtam habentia, in Sylvis Bohemicis probè cognita, *Julius Solinus Polyhistor. de Scythiæ Cervis* c. 31. f. 44. b. eâdem penè Specie cum cæteris esse scribit, quos Tragelaphos dicunt, sed non alibi, quàm circa Phasidem apparere, tantùm, quòd illi villosos habent armos, & menta promissis hirta

Forma.

Proverb. barbis: unde Proverbium de his, qui *sibimet Tragelaphos pingunt*, quô præclare Plur.Rever. & Excell. D. *Darnhauer* alicubi utitur. Aliàs etiam Germani Brand-Hirsche vocant, vel quòd nigrioris sint Coloris, quàm Cervi, ut Experientissimo *Agricolæ* placet; vel quòd loca, in quibus Carbones fiant, frequentent, herbisque ibidem nascentibus pascantur, ut *Fabricio* videtur.

Alii porrò sunt *Tarandi:* Barbaris Pyrandri, Septentrionalibus Rehenschier appellati, animalia scil. uti vult *Aristoteles*, apud Scythas Bovis magnitudine Capite Cervino non absimili, sed majore, Cornibus albis, ramulis longis, distinctis, præaltis & ramosis, quæ statim à fronte ramis duobus latis mucronantur qs. in digitos, villis albis, magnitudine Ursorum, ac reperiuntur in Norvvegiâ, Sueciâ, Lapponiâ, Poloniâ & vicinis Arctico Locis. Cl. *Gesnero* cũ his iidem ferè habentur *Rangiferi*, quos Reen nuncupant, de quibus Autores tamen non conveniunt, & hos *Olaus Magnus* rerum Septentrionalium peritissimus *in suâ Historiâ de Gentib. Septentrion.* tricornes esse scribit, quòd juxta *Albertum* tres secundum Cornuum Ordines in Capite gerant, ita, ut singulis bina sint Cornua, communibus Cervis proceriores, velociores, longiores: Rangiferos vero

verò duplici ratione dici, tùm quòd in Capite alta Cornua, veluti quercinarum Arborum ramos ferant: tùm quòd instrumenta Cornibus pectoriq;, quibus hyemalia plaustra trahant, Ranga & loga patriô sermone vocentur. Dn. *Agricola* tridentem duntaxat in fastigio Cornuum habere, & in saltibus Poloniæ reperiri prodidit. Alii demùm & *Unicornes* esse Alci multùm similes, eosque jubata gerere colla & ungulas rotundas; Alii aliter sentiunt. *Rangiferi unde dicti?*

Est & Cervorum *Americanorum* quoddam *Genus*, quod *Lerius* vocant Scovasseu, qui differunt à nostris, quòd multò sint humiliores, minora gestent Cornua, atque æquè pilos demittant ac nostrates Capræ. Deniq; dantur & alii Cervi *Burgundici* Oryges, quos Beatus ac immortali gloriâ dignissimus D. *Lutherus* Deuteron. loc. cit. vertit **Urochsen**/etiamsi aliàs diversâ specie. *Cervo-Cameli*, mirabiles & plures species, cumprimis in Americâ, ubi pars mulgentur ut Vaccæ, de quibus unà cum *Aristotele* & *Plinio* nominatissimus Dn. *Gesnerus in Histor. Cervi Vers. Germ. Forer.* fol. 79. & seq. *Agricola in Libro*, cui Titulus: *Cervus excorinius*: D. *Jonston.* in *Hist. Nat. de quadrupedibus L. 2. Artic. 7. & 8. Gotofred. Schultz. in Cosmograph.* recens aucta p. m. 120. & alii hinc inde mentionem faciunt.

Quo-

Color. *Quoad Colorem*, apud nos fermè omnes sunt *punicei:* in aliis Regionibus verò quidam *rubei:* quidam *albi* toti. Hos Cervorum Reges vocant Indi & *Yztac Macame* appellant. Tales Romæ se vidisse memorat *Pausanias*. Sic quoque *Cardanus* refert de Cervo albo, quem Rex Angliæ Alphonso Sicyliæ Regi dono misit. Ita etiam *Gellius Noct. Attic.* l. 15. c. 22. de insigni Cervâ albescente scribit, quam militum Præfectus Sertorius nomine, à Lusitano dono datam, semper lateri adjunctam circumduxit, eamque esse fatidicam Hispaniæ gentibus persvasit. *Jonston.* l. c. *Coler.* l. 14. de Cerv. In Sylvâ propè Heidelbergam Excell. Dn. *Mœbius* Anno 1630. etiam albos demonstratos dicit, quibus ob raritatem in venationibus singulari mandatô ac Privilegiô cautum fuit, quemadmodum pluribus enarrat Dn. *Agricola* in *Descriptione Cervi* f. 62. Pariter & *in Islandiâ* atque aliis locis Septentrionalibus *Cervi niveo Colore, uti Lepores, Vulpes, Ursi*, atque alia Bruta, inveniuntur. Vid. *Schultz. Cosmograph.* Oder neu augirte Welt-Beschreibung p. m. 156.

Porrò in Britanniâ simul *Varicolores*, præprimis tàm albo vel nigro colore præditi reperiuntur, testante sæpè laudato *Gesnero* l. c. f. 80.

Quoad

Quoad Sexum denique sunt vel *masculi* & *Sexus.*
Cornuti; vel *fœmellæ* eis minores & *sine Cor-*
ibus, Germ. **die Hinden** dictæ, binas ha-
bentes mammas instar ovium, *nonnunquam*
& quaterna gerentes ubera, uti Ursæ, *Plin.* L.
1. c. 40. f. 211. *Aristot.* N. H. l. 2. c. 1. p. 852.
perinde ac *Cabrolius* observavit *in* quâdam *Observat.*
muliere quatuor mammas, utrinq; geminas. *rar.*
Cl. *Barthol. in Anatom. reform.* l. 2. c. 1. p. 209.
Cervas tamen quasdam & Cornibus insi-
gnes singulares observationes docent. Vid.
Ælian. de animal. l. 7. c. 39. p. 451. & seq. it.
Lang. in Epist. Joh. Jonston. Thaumatograph.
Natural. seu admiranda Quadruped. c. 10.
pag. 298. &c.

CAP. II.

in quo

Consideratio Cervi quoad Definitionem & Naturam ejus instituitur.

PRæmissâ jam Nominis Contemplatione cum Differentiâ Cervi rectâ progredimur ad Tractationem Rei, quæ consistit in Definitione, quam ejusmodi ponimus. *Cervus* est *Brutum quadrupes, bisulcum, Naturâ* *Definitio rei.* *ferum, Cornibus bimum simplicibus ac rectis, deinde ramosis præditum, quotannis deciduis,*

pilo

pilo molli, ſpadiceô Colore, raucorem *edens, timidum, velox atq; vivax, in Locis montoſis ac ſylveſtribus degens, à D. O. M. in multiplicem Hominis Uſum primævâ Creatione formatum.*

Deſcriptio partium ſpecialis. *Quoad Deſcriptionem in Cæteris*, quoad alias ſcil. partes ac proprietates in Capite. Facies Cervi communiter eſt carnoſa, *oculi* magni, *naſus* ſimus, *nares* juxta *Oppianum* quaternæ, totidemque meatus, *muſculi temporales* & exiles & debiles, *aures*, circa Arginuſam in Monte Aſiæ Elapho vel Elato, quem non excedant, fiſſæ ac velut diviſæ, quod & Helleſponti Cervis *Ælianus* adſcripſit *de Animal.* l. 6. c. 13. p. 334. it. *Ariſt.* L. 6. c. 10. *Plin.* L. 9. c. 58. f. 150. & L. 11. c. 37. f. 203. *Collum* eſt oblongum; *dentes* habet utrinque, tùm infrà, ut annotat *Albertus*, quibus molit cibum, & inſuper duos alios magnos, qui Mari quàm fœminæ majores ſunt: vergunt autem omnes deorſum ut repandi videantur.

Vermiculos quoque Cervo ſuo *in Capite vivos* ineſſe *continuos*, & illos diſcretos ſub Lingvæ inànitate, circa Articulum vel Vertebram, quâ Cervici caput jungitur, *numero* 20. aut plures, literis proditum, & Experientiâ teſte confirmatum eſt. Vid. Nobiliſs. Dn. D. *Sachs Cammarolog.* 462. 937. & 943.

Ferunt

'erunt itidem, *intra oculos vespas* enasci ac rovolare. *Dorsum* ipsi pingve est, *caudâ* xigua vituli marini modo, *crura* sunt perquam gracilia, *Ventres* plures. *Cor* Jonstonus scribit proportione esse magnum, quantum omnibus timidis esse solet.

Intestinum tàm tenue est & imbecille, ut, i etiam leviter percusseris, facilè rumpatur cute adhuc integrâ. *Felle* quoque vacare perhibent, (fortè quia vesiculâ destituitur, n eo tamen porum bilarium reperiri scribit llustris D. *Bartholinus in Anatom. reform.* . 1. c. 15. p. m. 97.) *Plinius* & alii illud velle videntur in *Caudâ* (unde quoque venenata censetur *Angel. Bald. de viper.* p. 16.) & Intestinis: ideò tantam habere ajunt amaritunem, ut à Canibus non attingantur, nisi Cervus sit præpingvis H. N. L. 11. c. 37. fol. 208. *Genitale* demùm nervosum est more Cameli.

Sed ad Explicationem Definitionis.

Definitur verò primùm Cervus *Brutum quadrupes, bisulcum*, quo Natura ejus ac præstantia præ aliis Animantibus indigitatur. *Cervus est Brutum quadrupes.*

Brutum dicitur, quia Animal irrationale est, neque loquens, neque ridens aut flens, neque volens, neque intelligens, sed tantùm sentiens ac loco se movens, quo ipso ab Homine propriè, qui rationalis est, distingvitur.

tur. Cl. *Sperling. in Zoolog. Phys. posth. edit.* c. 2. p. 8. 9. 10. 11. 12. & 156. &c.

Quadrupes, quia est Brutum gressile, quaternis scil. pedibus incedens, iisdemque propemodum, quibus Homo, partibus constans, nisi quòd locô brachiorum cum aliis Brutis pedes habeat priores; quô Animal hoc à reptili & omnibus imperfectioribus differt, perfectiorem nemp. habens animam ac perfectius Corpus, ut ita *ad Hominem, qui Animalium Lex, Regula & Mensura est, quàm proximè quoq; accedat. Magir. in Physiolog.* l. 5. c. 14. p. 430. & seq.

Cervus est Animal bisulcum.

Bisulcum porrò dicitur h. e. ungvifidum, Græc. δίχηλον, quod ungulas non solidas habet, sed (bovis instar) scissas fissis in duas partes pedibus, juxta *Aristot.* H. A. L. 2. c. 1. Chelam seu forcipem pro ungve tenens, D. *Jonston.* in H. N. L. 1. c. 1. & L. 2. *Tit.* 1. c. 2. *Artic.* 7. f. 87. a.

Atque hôc ipsô à DEO etiam usus & esus „ ejus præ cæteris Animantibus concessus ac „ nobilitatus videtur. Ita enim *Levitic.* 11. „ vers. 1. 2. 3. 4. ad *Moysen* & *Aaron* locutus „ est: Dicite Filiis Israël; Hæc sunt anima- „ lia, quæ comedere debetis de cunctis ani- „ mantibus terræ: Omne quod habet divi- „ sam unguiam & ruminat in pecoribus, co- „ medetis. Quicquid autem ruminat & habet

„ ungulam, sed non dividit eam, sicut Camelus, lepus &c. non comedetis illud, atque inter immunda reputabitis. Quinimo „ *Deuter.*14.vers.4.5.&6.inter animalia, quæ „ Populus Israëliticus comedere debet, expressè Cervus commendatur. Vid.& *Deuteron.* 12. vers. 22.

Naturâ ferum i. e. agreste & indomitum, quo mansuetis ac cicuratis opponitur, ejusque Naturæ asperitas, Affectiones & Operationes dijudicantur. In Regione Chicorariorum quidem in Orbe novo, teste *Petro Hispolensi*, adeò cicures perhibentur, perinde ac apud nos Capræ alantur. In Scythiâ etiam referuntur ita mansuefieri, ut illis tanquam Equis insideant Homines, eosque à tergo individui qs. comitentur. Vid. & *Nicol. Isthuanfius* l. 12. *Hist. Ung.* p. 203. *Teste Zeiller. Cent. 5. Epist.* 12. p. 82. Sic in multis Germaniæ locis, sicut & (hinc non procul in Patria Mulhusæ) item Sondershusæ, Leutenbergii atq;) in Prussiâ propè Regiomontem vidi, cicures in fossis circa mœnia servantur. Quin & assuefactum à *Ptolomæo* hinnulum quendam ut Sermonem Græcum intelligeret, *Ælianus* refert, Histor. L. 11. c. 25. pag. 670.

Naturâ ferum.

Cervi Cicures.

Cornibus præditum, Κερατοφόρον, Cornigerum, quâ ratione Animal est notissimum, quod *maximè*

Cervus est animal Cornigerũ

quod reliqua Cornigera; sive formæ pulchritudo, sive Cornuum amplitudo, sive ramorum varietas spectetur, facilè superat. Cornua autem cùm cæterorum ossibus adhæreant, Cervorum tantùm Cutibus enascuntur per Symphysin quandam & qs. coarticulationem, suntque solida; non, ut reliquis, cava, & in mucrone demùm concreta; eaque ut scribit *Plin.* N. H. L. 8. c. 23. f. 139. Mares habent, quibus Natura sola largita est, non nisi rarissimè; fœminæ, ut *Maximilianus* Cæsar observavit ac *Scaliger*. Vid. & (*Ælian.* l. c. l. 7. c. 39. *Jonston.* in *thaumatograph. nat.* cl. 7. f. 298.) Magnif. D. D. *Horst.* Promotor meus æternùm colendus in *Pharmac. Catholic.* part. 1. L. 8. c. 5. f. 233.

Cervæ quædam cornutæ.

Cornuum causa finalis.

Singularia verò sunt ornamenta & armamenta Cervorum Cornua, ait Cl. *Sperling.* l. c. l. 2. c. 12. *Axiom.* 1. p. 221. à Naturâ tùm ad defendendum, tùm ad invadendum, seseque ulciscendum data; hæc enim propterea armorum vice gerunt, etiamsi nonnullis excrementa videantur medullarum ac veluti productiones ossium.

Anniculo quidem *nondum* illa *nascuntur*, nisi quòd sub initium cernatur excrescentia cornea, ac protuberans quoddam, quod breve hirtumque est, cute qs. vestitum & lanugine tenui ac molli hispidum. *Bimo* postea

Cornua

Cornua proveniunt, quæ Aëri ac Soli exposita, dura, aspera atque glabra redduntur, *primùm* quidem *simplicia*, uti anteà dictum, & *recta*: *Trimo bifida*; *quadrimo trifida*, atque sic deinceps usque ad Annum 6. (quæ quidem Castratis nunquam crescunt, nec tamen decidunt) Ab hoc similia semper exeunt ad instar ramorum Arboris multiplicata, crassiora ac longiora tantùm, numerosiora autem non fiunt. *Jul. Solin. Polybistor.* c. 31. fol. 44. & seq. de *Cerv.* (nisi quòd D. *Jonstonus* præter alia bina Cornua affert Guilielmi Bavariæ Ducis, quorum utrumq; unum & viginti ramos ostentabat) miræ sæpè magnitudinis, ut ramorum numero ætas dignosci nequeat.

Cervus Castratus Cornua non deponit.

Senes tamẽ maximè cognosci cum *Plinio* ac *Colero* statuit Excell. D. *Mœbius* indicio illo duplici: dentes enim aut nullos aut paucos habent: deinde adminiculis carent, quibus se tueantur, ramis scil. qui imis Cornibus prominent ante frontem, quibus in pugnâ utuntur juniores; Senes autem destituuntur.

Senectutis indicium.

Quotannis verò Cervi soli animalium sua Cornua ordinariâ lege, & quidem juxta Cl. Dn. *Zwelfferum* in *Pharmacop. Aug. reform. animadvers. super* C. C. f. m. 462. mense Februar. ac verno tempore, utplurimùm

Ordinar. Dejectionis tempus & causa.

 etiam

etiam Aprili, juxta *Arist.* L. 1. de H. A. c. 11. p. 851. & L. 9. c. 5. p. 1047. item Cl. *Schröd.* in *Pharm. Medico-Chym. de Zoolog.* f. m. 281. dejiciunt, tùm utilitatis ac levitatis causâ, ut, quia dura ac solida sunt, non ut reliqua omnia, vacua & concava, onere leventur: tùm ex necessitate præ nimio pondere, & alimenti necessarii defectu, Vid. *Aristot. l. 3. H. A. c. 3. p. 1147.* It. Nobil. D. *Sachs, Gammarol.* p. 182. 275. 460. 461. 462. & 943. quanquam D. *Grembs* decidere velit ob proprietatem frondium, quòd Cornu sc. Cervinū, partim de Naturâ Ossium, partim de Materiâ lignea sit, ideoque æmuletur ramos, vid. *arbor. integr. & ruinos. Homin.* l. 1. c. 7. §. 8. n. 31. f. 65.

Nimirùm quando ob nimiam Cornuum contractam duritiem, modo consuetô copiosè affluens sanguis, pro alimento ipsorum ulteriùs dispergi minùs possit, hinc demùm fieri assolet, ut idem sangvis circa bregma se sistat, atque putredinem qs. concipiat; Unde tractu temporis, vermiculi posteà generantur, qui radices Cornuum continuò rodendo, ipsaque quodammodo à bregmate separando pruritum excitant ac titillationem, quâ Cervi concitati, & super hâc molestiâ indignati Cornua arboribus affricant, & ita continuo isto affrictu tandem decidere faci-

faciunt: interdum etiam ramis Arborum implicati vi avellunt. *Sperling.* docet, quòd, antequam cadant, nova prius subnascantur Cornicula, quæ juxta *Ælianum* l. 12. *de animal.* c. 18. p. 713. & Cl. *Gesnerum* priora postmodùm qs. protrudi, & abjici tanquam aliena, faciant. *Aristoteles* etiam locis difficilibus amittere scribit, quò non facilè inveniantur. Hinc Cornu sinistrum (*Ælianus* l. 3. c. 17. p. 153. vult dextrum) compertum esse à nemine adhuc perhibetur, occultant enim id, tanquam medicinam, ut ne tanto bono Homines fruantur. Unde *Proverbium*: Quâ Cervi amittunt Cornua. Sed Fides penes Autores, inter quos præ aliis vid. *Balduin. Ronss. in Venat. Med.* p. 14. & Excell. Dn. D. *Sachs Gammarolog.* p. 469.

Quibus deinde abjectis, ubi se privatos sentiunt, actutùm latebras quærunt, & tanquam inermes abscondunt sese, vel inaccessa loca petunt (de quo id. laudatiss. Dn. *Sachs* l. c. p. 451. & seq.) & non nisi noctu pascua quærunt, donec succedente Vere, & quidem circa Festum Paschatos, *Cornibus abjectis Cervi se abscondunt.*

Cùm frondent Sylvæ, cum formosissimus Annus.

confisi habere jam recentes corneas excrescentias, quò, cùm res exigit, contra audentiores ire valeant, ea loca relinquant, atque pro- *renascentibus iterùm prodeunt.*

pro more suo consueta repetant. Plur. Rever. & Præclarifs. D. *Frantzius in Hist. Anim. Sacra part.* 1. c. 15. p. 157. refert; ubi nova aliquantisper creverunt Cornua, experitur Cervus illorum robur ad Arborem, nec priùs in apertum procedit, antequam satis sint firmata: cùm etiam crescere incipiunt, crebriùs ea Soli exponit, ut solidentur, quod ipsum sanè magnæ prudentiæ res esse videtur.

Quâ ratione Cornua quotannis renascantur

Unde autem, cur & quâ ratione Cervorum Cornua quotannis renascantur, à *Claud. Æliano* l. 12. *de Animal.* c. 18. p. 711. & seq. sic docetur: Causam, Cervis cur Cornua renascuntur, *Democritus* eam dicit, ventrem iis calidissimum esse, & eorum venas, per universum corpus pertinentes, esse rarissimas: & os, quod cerebrum amplectitur, membranæ instar (nobis non ita) tenuissimum & perrarum esse, indeq; ad summum capitis verticem crassissimas venas exoriri; itaque fieri, ut nutrimentum & cibi pars utilior celeriter à nativo Calore digeratur. Ex eo autem quod pingvius est, extrinsecus ipsi circumfundi ait, quod solidiùs per venas in caput retorqueri & reflecti, ac inde Cornua permulto humore irrigata enasci. Hic influxus cùm continenter fiat, quod ex eo coaluerit, promovetur & truditur foràs, & subin-

de

de ſuccreſcit aliud atque aliud. Quicquid igitur ejus extra corpus eminet, dureſcit ab Aëre eum ipſum conſolidante & in corneam duritiem confirmante. Quocircà recens Cornu ſubnaſcens & intrinſecus premens vetus tanquam alienum expellit, dùm veluti parturiens turget, & in lucem emergere gliſcit, moræ interioris impatiens. Itaque vetera Cornua pleraque interno robore expelluntur &c. Quò meâ quidem opinione vel maximè facere videntur Cervorum, ἰδιοσυγκρασίαι ac ſingulares Naturarum, Conſtitutiones & Proprietates, dùm ſuccô quodam ſuperabundante ſale ſuo ceu principio coagulationis inprægnato prædìti ſunt, unde poſteà â Facultate formatrice Cornificâ per Spiritum Genitorem innatum quotannis ſuo tempore Cornua ita renaſcuntur. Vid. infer. Sect. 3. c. 3. & 6.

Cur verò Cervi Mares tantùm Cornua habeant, fœminæ autem communiter illis careant, *ratio* à Doctiſſimo *Cardano* l. 10. *de Animal. perfect.* p. 409. datur *duplex*, à fine ſcil. & Efficiente Causâ deducta. Cùm enim Matres fœtûs in alvo gerunt, levitate & agilitate opus habent, unde Cornua prægrandia & ramoſa illis eſſent impedimento. *Hercul. Saxon. addit*, quòd ſangvis, qui in Materiam Cornu tranſire debet, in alimen- *Cur Maribus utplurimùm ſolis Cornua?*

 tum

tum fœtûs fecedat. Deinde eſt genus Illorum Animalium timidum, adeo, ut *fœminæ* ſint *timidiſſimæ*, quam ob rem illis Cornua nulli eſſent uſui. Deeſt etiam Calor, qui Materiam Cornuum gignere poſſit, ac genitam extrudere ſimul atque extendere: ob id veluti Hominibus Barba, ita Cervis Cornua, ut ad ornatum potiſſimùm facta videantur, & neutrum adſit fœminino ſexui illorum. Quæ ratio etiam in pecudibus obſervanda: Cornuti enim Mares, fœminæ absque Cornibus plerumque ſunt; quanquam in jugis montium frigidiſſimarum Regionum alicubi, quoniam ob frigus Aëris Calor naturalis confirmatur, etiam fœminæ Cornua habent, ſicuti & in Pruſſiâ tales *Oves Cornutas* ubique vidi. Conf. Sect. 3. cap. 2.

Pili. Præterea Cervus *pilo* eſt *molli*, & ſi *Junio* credendum, intus cavô, ideò commodè natare dicitur: *Colore ſpadiceô*, vulgò hîc locorum ipſi proprio, unde *Euripidi* ἔλαφοι

Color. σπαθῖναι appellantur, vel à Colore τῆς σπάθης, puniceo: vel quòd Cornua Spathis ſimilia, i. e. mucronata & acuminata obtineant: dantur tamen & Cervi alterius Coloris, de quo in Differentiis.

Vox Cervi Definitur & *Animal rancens* ſeu rancorem edens: *Virgilius* graviter rudere; Autor Philomelæ glocitare ſcripſit, unde Germ. glotzen/

glotze/ut quæ propria Cervorũ Affectio eſt, tunc cumprimis cùm libidinis Oeſtro perciti aguntur, quod in fine Menſis Auguſti circa diē Ægidii, quo tempore Arcturi ſidus cum Sole exoritur, fieri ſolet, (ante autem Arcturi ſidus non concipiunt, *Jul. Solin. Polyhiſtor. de Cerv.* c. 31. f. 44.) ubi plurimi ſalaces inter Conjuges obambulant Zelotæ, Caroque ipſorum fœtida eſſe ſolet, ſicut Hircus, *Ariſtot. de Hiſt. An.* l. 6. c. 29. p. 99. *Joh. Pierius de Cerv.* l. 7. f. 54. *Tempus libidinis ac congreſſûs*

Menſe autem integro circiter libidinis deſiderium exercent: ejusq; initium, ſi tempeſtas ſicca fuerit, tardiùs; ſin pluvioſa, citiùs auſpicantur. *Harveus de Generat. Anim. Exercit.* 66. p. 305.

Aliàs & maximè *glocitare* dicuntur, cùm ſitibundi frigidam aquam petunt; Quò Scriptura S. reſpicere putatur, quando Rex ac Propheta *David* Pſ. 42. verſ. 2. & 3. in hæc erumpit verba: *Quemadmodum Cervus, glocitat (Marlorato* Cerva clamat, ſ. Cervarum armentum deſiderat) *aſpirans ad alveos* (uti interpretantur *Tremellius & Junius*, vel, juxta vulgatam, ad fontes) *ſeu rivos aut, torrentes aquarum: ita anima mea glocitat, adſpirans ad Te, DEUS: Sitiens eſt Anima mea, DEI, DEI fortis viventis (fontis vivi,* unde, ſcil. omnia Eſſe & vivere habent,) *dicens:*,

 Quando

Quando accedam, ut appaream (conspiciar) *in Conspectu DEI?* (in Templo.) Conf., fer. *Sperling. in Zoolog. Phys. part. special.*, l. 3. c. 12. p. 220. & seq. modò verò elatô Capite, modò ad Terram projectô. Rancore isto Mares qs. convocant fœminas, interque sese pugnant ac vehementer sæpe seipsos propter uxores lædunt; nonnunquam etiam mutuis vulneribus ad mortem usque planè conficiunt. *Croll. de signat. rer. intern.* f. 65. Mutant autem vocem pro sexu, *brevis est fœminis, Maribus productior.*

Post congressum. *Post conceptum* verò *separantur Mares à fœminis*, Maresque, præsertim Seniores, cum Maribus; fœminæ cum fœminis & Maribus junioribus degunt ac pascuntur, *fœminæq;* circa octavum atque nonum Mensem (*gerunt enim utero novenis Mensibus*, non autem octonis, *Harveus* l. c. p. m. 305.) sese ad faciliorem præparare partum creduntur *Herbâ Seseli* (Cl. *Gesnerus* Siler montanum nominat) ut quæ juxta *Plinium* Medicamenti loco singulari virtute eum facilitare putatur. Vid. & D. *Agricol. de Natur. Cerv.* f. m. 7. *Colerus* dicit esse *Dragonteum*, vel Draguntеum corruptè, Græcis Δρακόντιον. Latinis *Dracunculus major*, Colubrina & Serpentaria major. German. Schlangenkraut appellatur *Dioscorid.* l. 2. c. 158. f. 176. *Matthiol.*

in

in Herbar. l. 2. c. 96. f. 191. quam comedunt, ut absque difficultate pariant: quanquam ille ipse *Coler.* dissentire videtur in l. 14. *Therapevt. part. 5. Oeconom.* c. 36. p. 55. ita, ut cum horribili quidem clamore difficillimè (unde & Scriptura Vocem JEHOVÆ Cervas ad parturitionem adigere dicit, scilicet perterrefactas tempestatum violentiâ, explicante ita *Marlorato Exposit. Ecclesiast.* in Ps. 29, 9.) Catulos suos modò unum, modò geminos, circa Aprilem nempe & Majum, vel quando Mares sub medium Septembris post Festum S. Crucis admittunt, post medium Junii circa Festum D. Johannis Baptistæ enitantur.

Timidum quoque valdè *Animal est*, adeò, ut non solùm Cerva propè semitas pariat (tutum enim se ita existimat frequentiâ Hominum); sed etiam Cervus ipse Mas vel maximè gannitum Vulpis, aut minimæ Caniculæ latratum abhorreat, immò ne aspectum quidem eorum absque tremore ferre queat, licet aliàs præ cæteris ferè excellens magnitudine ac pulchritudine tàm Corporis, quàm Cornuum superbiat: unde & Cervus amare scribitur Societatem, ac gregatim porrecto ordine, suoque capite præcedentis clunibus imposito, tranare flumina; Cursu vero defatigatus metuque, urgente vi

Cervus est animal timidum.

 Canum

Canum aut aliarum Bestiarum ferociâ qs. exanimatus, cùm jam vires exhaustas,& undique se Hoste cinctum animadvertit, suâ sponte ad Homines, ut sartus tectus habeatur, confugere: *nisi* quando circa Augusti finem & Septembris initium, quasi *Oestro agitatus* cœco impetu ac furore quôdam ruit in Hominem, ubi aliàs admodùm timidus & imbellis, ex Spiritibus per Annum in testibus generatis ac cumulatis audax & robustior factus Canes atque Homines adoritur pedum anteriorum verberibus, Cornuumq; sæviore impetu interitum minans.

Abit nimirùm, ut præclarè Exc. D. *Mœbius Instit. Med.* l. 1. c. 2. *de usu partium Genital.* f. 360. sentit, tunc temporis Cervi Calor ac Spiritus in testibus è Spiritu animali ac vitali elaboratus cum Sangvine ad Cor, Cerebrum, nervos & totum corpus, exinde tanta posteà mutatio temperamenti, peculiare virium robur, omniumque actionum promtitudo proficiscitur.

Timiditatis Causa. *Causam* quidem *timiditatis* cum *Aristot.* ac *Colero* multi statuunt magnitudinem cordis, in quo Spiritus nimis dispersi, *Arist.* 3. H. A. c. 4. p. 1154. &c. Inde *Achilles Iliad. α.* apud *Homerum* Agamemnoni objiciens timiditatem inquit, ipsum habere Cor Cervi, ut ita animalia timida magno prædi-

ta

ta credantur corde; fortia verò parvo, in quo Spiritus sunt uniti ac collecti, atque hinc major virtus. Cæterùm *Experientia* reclamat, quòd non omnia parvi cordis animalia semper sint audacia; nec omnia audacia parvi cordis: Cor enim, velut rectè Cl. *Sperling.* l. ante c. p. 219. quæst. 5. respondet, Canis magnum est, & tamen timidus non est: magnum quoque est *Cor Hominis*, immò juxta Præcell. D. *Bartholin.* p. m. 233. *quoad proportionem majus, quàm reliquis in animalibus, uti & Cerebrum, atq; epar* (ordinariâ enim Naturæ lege in longitudine 6. transversos digitos æquat, in latitudine verò quatuor) sed non ita meticulosus Homo: sæpè enim inter ipsos Homines, qui maximi cordis sunt, timidissimi propterea neutiquam audiunt.

Potius ergò ad Naturam Temperamenti, sangvinis & spirituum copiā ac qualitatem; quàm ad quantitatem cordis solùm respiciendum censeo, ita ut, sicubi humor, vel sangvis bonus ac copiosus, non ita Melancholicus ac Sale fixô abundans, Spiritusque multi, lucidi, ac calor fortis, ibi magna etiam audacia, licet quoque magnum fiet Cor. *Qualis* enim *Sangvis, talis Spiritus: qualis* verò *Spiritus, talis animus:* ubi verò succus (quô Animal hoc abundat) Melancholicus nimis

nimis est tartareus, Spiritus fixi ac pauci, Calorque parvus, ibi etiam magna timiditas, licet parvum sit Cor. Quanquam secundùm *Aristotelem* alioquin de Melancholicis atque timidis animalibus, ut Cervo, Asino, Lepore, mustelâ, mure, Hyenâ &c. non negandũ, quòd cor magnum in proportione habeant, atq; hinc *in majore quanto dispersa ac minor* etiam *Virtus*. Confer *Sperling. Synops. Phys.* l. 8. c. 7. *quæst.* 1. pag. 258.

Cervus est animal velox.

Velox insuper dicitur *Cervus* & agilis, quia velocissimum à Naturâ habet motum, saltu valet (quod locus non procul Francofurto à Cervino saltu nomen mutuatꝰ ostendit) pedumque celeritate mirabili donatus est, ut & Eqvum cursu superet. Exemplo est ille, cujus *Colerus* mentionem injicit, qui Anno 1548. *Maximiliano* II. priusquam Imperator crearetur, à Comitibus Stolbergensibus in Comitiis Augustæ Vindel. dono datus est: hic, cùm Carolus V. tùm temporis Equos cursu certaturos emitteret, simul in certamen venit, omnes, & Hispanorum Equos fugacissimos, Rectoris sui instinctu non absque spectantium applausu & admiratione longè post se relinquens. Unde *David* verè dilectus ille DEI Ps. 18. v. 34 laudibus DEUM afficit, quòd dederit ipsi pedes Cervi, seu perfecerit pedes ipsius tanquam Cervorum. In

In fugâ quidem ſæpè quieſcit, & ſtans longiſſimè reſpicit, id quod *Colerus* quidem, ſimplicitati ac ſtupiditati; *Frantzius* verò interiorum tenuitati ac fragilitati (quâ frequenter ſubſiſtere cogatur) adſcribere videtur: Canes autem & Venatores appropinquare ſentiens iterum fugam capit, ac quantùm poteſt, viribus omnibus ſe ſalvat.

Maximè etiam *Vivax* dicitur, ſeu, ut *Comenius* ſcribit *in Jan.* L. p. 198. longiſſimi ævi: Vita enim Cervis in confeſſo longa eſt, ait *Plin.* l. 8. c. 32. fol. 140. ita, ut centum Annos & ultra eos ſuperfuiſſe compertum ſit. Hinc & *Proverbium Eraſmi* in Adag. fol. 1160. *Cervo vivacior.* Capra namque, ut refert Joh. *Heidfeld* in Sphinge *Theologico-Philoſophicâ* c. 9. p. 231. fertur tantùm 8. Annis vivere, Catus verò ac Lepus 10. & Ovis totidem: Sed Vir gregis ipſe Caper ſæpè 15. Canis 14. & quandoque 20. Taurus 15. Bos, qui Caſtratus 20. Sus 25. Eqvus 20. & nonnunquam 30. Aſinus 30. Columbi 8. ut & turtures, perdix ac pavo 25. &c. Vid. *Virgil. Epigram. de ætat. Animal.* p. 33. & alii. Cervus verò ea omnia ætate plurimùm ſuperat, id quod vel ſequente Hiſtoriâ confirmatur: *Cervus eſt vivax.*

Alexander univerſi penè Orbis Triumphator, re ac nomine *Magnus* optabat poſteritati cervorum vitæ longitudinem oſtendere, *Baricell. in Hort. Gen. p. 181.*

re, proptereaque capi juſſit hinnulos, quibus aureos torques Collo innecti voluit, cùm expreſſo temporis curriculo, & Alexandri decreto, eosque deinceps dimiſit: qui poſt 100. Annos à morte ipſius iterùm capti, nec dum Senii judicium prætulerunt, habentes adhuc monilia cute colli præ obeſitate adoperta, quibus hoc ſenſu antiqua inſcriptio notata:

Ach lieber Jäger laß mich leben/
Der Käyser hat mich frey gegeben.

Quo factum etiam, ut memorabilis iſthæc præda in tantæ longævitatis cognitionem poſteà devenerit.

Idem ferè prælaudatus D. *Mœbius* recenſet de *Carolo VI.* Gallorum Rege, qui tempore Schiſmatis inter *Clementem* & *Urbanum* VI. vixit, ſub quo Cervus Canum latratibus & inſultibus in fugam verſus, torquem æneum collo gerens, prehenſus eſt, quem venabulis aut ferro appeti Rex prohibens in Caſſes ac retia compellit, cui in torque talia Latina inſcripta erant verba:

Hoc Cæſar me donavit.

Ita & Cæſaris *Auguſti* Cerva cum inſcriptione torquis: *noli me tangere, quia Cæſaris ſum*, innumeris propemodùm Luſtris ab ipſius Imperio captus fuiſſe ſcribitur.

Veriſſimè igitur Linguæ Latinæ Parens

Cic.

Cic. I. *Tusc.* Natura Cervis & cornicibus vitam diuturnam dedit; vix autem, ut reor, illud, quod *Plutarchus* varium istud Eruditionis promtuarium, de Oraculorum defectu in hunc modum expressit:

Secla Viri novies pubentis garrula Cornix
Vincit, Cornicis Crevus quater, at tria Cervi
TemporaCorvus agit, quem deinceps Indica Phœnix
Egreditur novies: at vos natæ Jovis alti
Pulchricomæ decies superatis secula Nymphæ.

Plin. H.N. l.7.c.48.f. 121.

Ita enim fortè 2600. Annos & ultra Cervus viveret, quod credat Judæus *Apella*.

Causa longævitatis.

Causam vero *longævitatis* nonnulli carnem, quâ vescuntur, serpentum ac viperarum arbitrantur, ut cujus esus & usus vel ipso sacræ Medicinæ Instauratore teste, & summo in Arte Medicâ Viro, *Galeno*, approbante, cum aliis, non solùm adversus venena omnis generis, sed etiam ad firmam sanitatem ac longævitatem singulariter proficuus æstimatur. Vid. *Bald. de Viper.* p. 59. *Mutschlerus de Bezoart. animal. contr. pest.* c. 11. p. 12. 62. & c. 12. p. 78. it. *Baricell. in Hortul. Gen.* p. m. 107. &c.

Quidam fellis vacuitatem (quod in Intestinis ac caudâ fit) esse ajunt Argumento ex

Soli-

Solidipedum genere deducto, *Aristot. de Hist. Anim.* l. 2. c. 15. p. 863. & 4. c. 2. p. 1173. &c.

Sententia Autor. Ego verò potiùs in copiosam substantiam vegetabilis illius principii Balsami nativi, Exemplo Arborum quarundam; pini, abietis, Juniperi &c. seu *Salis* conservativi à Naturâ Cervo præ aliis abundanter concessi referendum puto. *Effectus* enim, juxta πολυθρύλλητον hoc Philosophicum, *de* suâ *Causâ testatur.* Ast notum jam est omnibus, quòd *Sal* non tantùm fœcunditatis progignendæque sobolis, pro speciei Naturâ; sed etiam conservandæ, & à corruptione præmaturâ vindicandæ rei vim habeat, *sitq; tanq. anima,* uti appellat *Deodat. in Panth. Hyg.* l. 1. c. 18. f. m. 215. & l. 2. c. 1. f. 2. ac Balsamus à DEO datus; quod nunc cùm Cervus (uti per Spagyricam Artem constat) præ cæteris animantibus copiosum, volatile ac fixum possideat: inde sine dubio quoque habet, ut longè vivacior, diuturniorisque vitæ sit aliis, in quibus parcius inhæret, minusque ita benignum est istud principium.

Cervus est animal in locis sylvestribus degens. Præterea definitur etiam *in Locis montosis & Sylvestribus degens:* Valdè enim Cervus amat loca avia, nemora, frondes ac virgulta, ut ita ab injuriis sit tutior, atque eò meliùs sibi prospicere queat.

Pasci-

Pascitur verò & *parit plerumq; juxta vias* ac semitas, non solùm, velut superiùs dictum, ut hâc ratione cum catulis à prædâ Belluarum, propter Hominum peregrinantium & obumbulantium frequentiam, se liberet: *Ælian.* l. 6. *de Animal.* c. 11. p. 333; Verùm etiam quod sic nutrimentô suô, frugibus, oleribus, graminibus, aliisque agrorum & Hortorum fructibus eò liberaliùs saturetur. Unde sæpenumerò incredibile damnum infert Agricolis, Olitoribus ac Vinitoribus, ut Cl. *Laurenberg.* exultantem Cervum (invidis præsertim & avaris) lepidè descripserit hisce verbis:

Ich weiß von keiner Hauß-Sorge/ meine Speisekammer finde ich allenthalben / wenn die Wälder und Oerter mit grünen Zweigen/Blättern/Grase/ wohlriechenden Blumen erfüllet und bedeckt seyn: Mit kurtzen; Ich habe Speise die Fülle ohne Geldt/und meinen Tisch allezeit gedeckt: Vid. & *Sperling. in Zoolog. Physic.* l. c. p. 217.

Denique etiam in Definitione additur, à D. O. M. *in multiplicem Hominis usum primævâ Creatione formatum.* Quibus verbis indicatur, quàm operosa ac negotiosa statim à Mundi initio fuerit & perpetuò sit D. T. O. M. Bonitas ac Sapientia in Creaturis producen- *In multiplicem usum creatus.*

D ducen-

ducendis atque conservandis. *Dixit DEUS*; producat terra animam viventem in genere suo, Jumenta, reptilia, atque Bestias secundùm species suas, *factumq; est* ita, *Gen.* I. v. 24. 25.

Meditari ergo gratissimâq; mente agnoscere ac prædicare maximè convenit hæc, non æquè propter illa ipsa, sed propter DEUM potissimùm, nostrum & illorum Creatorem summè potentem, sapientem atque optimum, ut qui omnia, ita & hoc nobilissimum animal in nostrum dare usum voluit. Varium namque & infinitum ferè Homini præstat usum Cervus, tùm ipse integer ac vivus, tùm ejus externa & interna pars, sive *oblectamentum*, sive *vestimentum*, sive *alimentum* & *Medicamentum* spectes. Etsi enim non omnia tuo statim arridere palato videntur, nec volunt tuis masticari dentibus; neque patiuntur sese digeri intra ventriculi tui plicaturas: optimè tamen invenies ac habebis alios, quibus insignem usum vel in esu, vel in re aliâ intùs & foris (ut jam taceam singularem eorum apud Romanos usum, ubi quidam præ tantâ in Græciâ & præprimis Macedoniâ multitudine ad clitas, quas vocant, munimenta Cervos Hosti objecerit, quò eò melius viam intercluderet ipsis, *Liv.* l. 24. n. 11. p. 1147.) parient, præcipuè verò Medi-

Medicum, ubi profectò adversus omnes penè Affectus, quotquot vel totum corpus, vel singula membra corporis affligere solent, exoptatum remedium & Antipharmacum exhibere poterunt nobilissimum: sive patiens sit Apoplecticus vel Epilepticus: sive Peripnevmoniacus; sive Pleuriticus; sive Cor, sive Venter indigeat auxilio; sive Diarrhoea sive Dysenteria; sive inflammatio molestet; sive articulus laboret; sive alia pars corporis, ad singulos ferè morbos à capite ad calcem, si non omnis, tamen quædam Cervi pars petitum præbebit usum. De quibus in specie paulò pòst planiùs ac pleniùs agere, quantùm officii & temporis ratio permittet, animus est, si pauca priùs de Cervo Theorico-Theologica subnexerimus. *Ad omnes ferè corporis humani Affectus.*



SECTIO II.

Theorico-Theologica.

CAP. I.

exhibens

Varia Cervi Encomia.

Quemadmodum *omnium animalium brutorum* Rex habetur Leo, D. *Frantz.* H. A. S. part. 1. c. 6. p. 63. multis & egregiis virtutum simulachris conspicuus: Ita suo propè jure ac merito plurimarum proprietatum ratione *præcipuum quoddam animal* est *Cervus*, adeò ut inter alias, quas D.O. M. pro summâ suâ potentiâ, sapientiâ ac bonitate Microcosmi gratiâ in Macrocosmo fabricavit, Creaturas usui nostro destinatas, excellere unanimi ferè omnium tum Philosophorum, tùm Medicorum consensu videatur. Rectè proinde hic nobis, quod de Lepore dixit Martialis,

Inter Quadrupedes est Cervus gloria prima.

Quibus adductus animum meum (aliàs discendi potiùs, quàm docendi cupidum) appuli jam ad Philologico-Theologicam quan-

quandam Cervi Tractationem, quam pro Ingenioli tenuitate, ad modum Cl. *Rosenbergii*, pauculis saltem perficiam, Exordio facto ab ejus Encomio, quo illum tàm Poëtæ, quàm alii Autores in scriptis suis hinc inde plurimùm commendarunt.

Inter ea verò pulcherrima & amplissima, quibus Cervus, admirandum illud animal ex multis virtutibus suis prædicatur, Ellogia (ut taceam nunc præconium sacrum, quô à Sp. S. quatuordecies nominatus in scripturâ celebratur) primum heîc obtinent Locum, sequentia à *Poëtis* ipsi tributa Epitheta. *Cervi Encomium.* *Sacrum.*

Describitur *Cervus* Corniger, formosus, celer, velox, volucris, alipes, æripes, vivax, sacræ Dianæ fera, (sicut miles Rom. apud *Liv.* l. 10. n. 27. p. 380. appellat) sacer Nymphis, votivus, formâ & crinibus ingens, in Cornua celsus, Cornua tollens; quin latè patentibus ramis altas umbras ipse suo capite præbet, cui sunt velocia crura, linquens retia, levi superat qui retia saltu, fidens cursu, nemorum loca densa petens, præda petita, qui extrahit angves immanes Antro, atque odio mutuo lacerat, vorat ore domatos, *Ælian.* l. 8. de animal. c. 6. p. 480. qui aquæ ad fontem collecto tendit in æstu, expetens gelidas anhelus aquas, amans fluvios algidos, ad liquidas sitiens, qui anhelat aquas, *Profanum.*

quas novit Imagine sensûs, qui absentes ad-spirat ad undas, ut nimio cursu langvida membra levet: qui cùm fervens rapido sitis urget in æstu, fontanas quærit anhelus aquas, qui hians fontem liquidæ desiderat undæ, dumeta per avia currens, jugis ac vallibus errans omnibus, ut vivente riget arida pectora fonte, tranans ordine flumen, mutuo qui trajicit æquora tergo præstans auxilium socio, transmittens herbosi viridaria campi, crura per apricos glomerans sinuantia campos, qui denique in immensum vivaces porrigit Annos &c. Ita ab aliis quoque Autoribus variis Encomiis diversimodè afficitur; appellatur enim animal magnitudine ac pulchritudine tàm corporis, quàm Cornuum superbiens, brutorum decus ac gloria, Naturæ pompa & ornamentum, amor ac deliciæ Magnatum (adeò ut & à Serenifs: *Electore Saxon.* Totus Cervus in formâ Sceleti affabrè nimis confecti cum singulis Medicamentis ex eo parandis in Exoticotamio s. technematophylacio, vel, ut aliis placet, Gazophylacio aut rarithecio Dresdensi, **Dreßnische Kunst-Kammer** / rebus omnibus instructissimo, inter innumera alia speciosissima reservari dignus fiet habitus, prout pluribus stupendo planè miraculo spectari contigit, & adhuc hodiè ibidem, cui

cui fortuna favet, in illustrissimo loco videre est.) Societatis item amans, pedum celeritate mirabili præstans, suâ Naturâ singulariter prudens atque acerrimè sentiens, vigilans, Soli patrii amans, cantu vocis humanæ ac modulatione delectans, mansvetum, felle carens, non formâ solùm, sed & virtute insigniter excellens. Verùm de his plura suo loco.

CAP. II.
referens
Insignia nonnulla Cervis decorata.

Insignia Cervis decorata.

INter cætera, quæ ad Generosi Cervi nostri celebrationem faciunt, non minima quoque sunt *Insignia*, quæ Reges quidam spontaneo motu sibi hinc selegerunt, *Augusti* verò S.S. Romani Imperii Principes nonnulli ab Imperatoribus Cervis vel Cornibus olim condecorata acceperunt, quibus etiamnum gaudent Illustrissimæ quædam Familiæ.

Quoniam etenim Cervus animal est Cornigerum, brutorum facilè pulcherrimum atque princeps, pedum celeritate mirabili præditum, unde quoque *Vates* Ps. 18, v. 34. laudibus DEUM extollit, qui dederit ipsi pedes Cervi, h. e. ut insignis Theologus D. *Frantz.* in *Histor. Animal. Sacr.* part. 1. c. 15.

p. 155. exponit: progressus felices & quidem celeres: ideò non incongruè nec immeritò inclytæ & pientissimæ quædam Familiæ tàm pro laudabili regimine faustoq; rerum omnium successu, quàm pro fervente erga Christianam Religionem Zelo Insignibus istis suis tanquam signis utuntur.

1. Regum. 1. *Cervum* verò *alatum*, Collo coronâ ornatum primò Francorum Rex *Carolus VI.* pro Insigni habuit, ab eo scil. tempore, quo prædictus Cervus æneum torquem cum Inscriptione Collo gerere visus est: postmodùm & alii regiis Insignibus (quæ Liliis aureis tribus constant) circa Latera Cervos duos apponere consueverunt. *Gasuilis* in vitâ *Carol. VI.* Franc. Reg. Celeber. *Bauhin. de lap. Bezoar.* c. 7. D. *Agricol. de Cerv. Excor.* f. 3. *Baricell. in Hortul. Genial.* p. m. 298.

2. Principum. 2. Cervum insuper Insignia *Brandenburgica* recipiunt. A. *Möller* in *Indic. Insign. Procer. Mund.* p. 4. porrò &

3. In *Curlandiâ* Principum Insignia Cervum cum Coronâ continent.

4. Ducum *Brunsuicensium* item & Gualberbytanorum Insignia Cervum nigrum fovent in Campo albò.

5. *Würtenbergensium* denique Principum Insignia Cervi Cornua complectuntur cum duobus piscibus ac vexillo.

6. Præ-

6. Præterea assecuti sunt & Comites, ut *Stolbergẽses*, &c. prout moneta Cervo signata ostendit, monstrarique ea potest omnibus rei cupidis, præsertim ab illis, quibus Cornu Copiæ est: Dehinc Barones; posteà Nobiles ac Patritii cùm hîc, tùm alibi locorum satis noti sua habent Insignia Cervis, vel partibus eorum, Cornibus scil. cum capite &c. decorata, quorum undique ob Virtutes, Heroica facinora, & benè merita magnus numerus recenseri posset, si pluribus agere nostri esset instituti. Sed in præsentiarum pauxilla ista tantùm extra lineam qs. hîc attigisse sufficiat citra præjudicium! *3. Comitum.* *4. Baronum.* *5. Nobilium.*

CAP. III.

ostendens

Varias Cervi similitudines, & hîc quidem cum Christo.

AD *Cervi* laudes multùm quoque præstant *Similitudines & Allegoriæ*, quas ab illo, ceu animante nobilissimo petere licet, tantò plures ac præstantiores, quantò plures ac præstantiores ipse proprietates & virtutes possidet, fierique cum universis fermè possunt rebus, quibuscum Analogia quædam intercedit. *Cervi similitudo cum Christo.*

Ut igitur clariora hæc innotescant, cùm

comparationum conditio latissimè pateat, eorum præclariores duntaxat, posthabitis sexcentis aliis, jam proferre lubet.

Et initiô quidèm non inconcinnè *Cervus confertur cum Christo*, ut cujus fundamentum in ipsâ quoque S. S. Pf. 22. v. 1. expresfsè videre est:

Cervus est animal excellens.

1. *Ratione Generis. Dignitatis ac* Generosus Cervus est, Naturâ suâ cœteris animalibus multùm excellens. Generosissimus est JESUS Christus, ab æterno in perpetua secula omnes creaturas infinitâ suâ essentiâ ineffabili modo excellens; Rex Regum, Dominus dominantium, qui in nostrum Regem, Sacerdotem & Prophetam à DEO unctus est, Psalm. 110. vers. 1. 2, & 4. Johan. 18, v. 37. Apocal. 19, v. 16. Ebr. 4, v. 14. Deuter. 18, v. 18. ac Luc. 7, v. 16.

Christus Generosissimus.

2. *Ratione duplicis Naturæ.* Nam, (ut hoc simile hîc quadantenus à Cl. *Rosenbergio* mutuer) quemadmodum corporea & spirituosa in Cervo à DEO harmonicè unita substantia unum tantùm constituunt Cervum, aut sicut anima & corpus Cervi unus est Cervus, veluti anima rationalis & Caro unus est Homo: Similiter in Christo Divina & Humana Natura personali ac admirabili unione in personâ τȣ͂ Λόγȣ facta, non duos, sed unū saltem constituit Christū θεανθρωπον (verè DEUM

Unus & solus Christus Mediator ac Salvator.

DEUM ac verè Hominem) absque Naturarum confusione, Mediatorem, Redemtorem & Dominum nostrum animitùs in æternum adorandum, admirandum, venerandum: Vel juxta Symbolum *Athanasii*; ita DEUS & Homo unus est Christus, adeò, ut quemadmodum in unione: sic quoque in ipsâ Communicatione Idiomatum personali duæ istæ in Christo Naturæ semper distinctæ, & citra omnem Essentiæ ac Proprietatum Confusionem aut Conversionem perpetuò salvæ maneant. Confer, si libet, Rever. D. *Dieteric.* Illustr. Academ. Gissen. quondam Prof. Ethic. Christian. Celeber. Instit. Catechet. de Person. Chr. p. m. 390. & seq. It. incomparab. Dn. *Chemnit.* Alterum illum *Martinum*, B. Joh. *Schröder.* s. J. &c.

3. *Ratione Imaginis.* Cervus, ut quodlibet animans, quælibet Creatura suâ quaque specie potentiam & bonitatem Conditoris referre, ac præ se ferre videtur; Nimirum

Emicat ex ipsis divina potentia brutis,
Et levis est Cervus, qui probat esse DEUM:

Item: Esse DEUM Cervi monstrant, referuntq; Leones:
Brutorumq; docet quodlibet esse DEUM:

Sic Christus non solùm est DEI repræsentatio

Christus ipsa divina Patris Imago. tatio, sed ipsa divina Patris Imago in realissimâ ac perfectissimâ substantiæ & qualitatum conformitate 2. Cor. 4, v. 4. Col. 1, v. 15. & Character Personæ, vel Essentiæ ejus, Hebr. 1, v. 3. Coëssentialis, coæqualis, coæternus, ita, ut una sit divinitas, æqualis gloria, coæterna Majestas. D. *Dieteric.* l. c. p. 347. & 888.

Cervus formosus non juvat, nisi ad usum debitè præparatus. 4. *Ratione pulchritudinis ac deformitatis.* Cervus formosus in usum hominis non convertitur, nisi juguletur & deformis factus variis modis præparetur: Ita quoque Christus ceu Cerva matutina, vid. *Wolfgang Muscul. Comment. sup. Psalm.* 22. f. 217.) maximè amabilis & delectabilis, pro salute humanâ juxta Prophetarum vaticinium Es. 5, v. 1, ac seq. & cap. 53. v. 14. 2. 3. *David.* Ps. 22. v. 7. à se ipso planè mutatus ac per Passionem & Mortem deformis redditus est, ut seipsum non Hominem, sed vermem, Opprobrium Hominum & Objectionem proclamaverit, saltem ut nos spirituali suâ Medicinâ atq; usu ab æternâ deformitate ac morte liberaret: ipsius enim livore sanati sumus. Id. *Esaias* l. c. v. 5. *Henr. Temm. in Explic. Psalm.* 22. f. 18.

Christus formosissimus non salvat, nisi in Opprobrium ac Mortem traditus, & verâ fide apprehensus.

Cervi odium matur. eum serpentibus. 5. *Ratione Antipathias.* Sicut Cervus naturali quôdam odiô serpentes persequi, illudque post mortem etiam durare scribitur: Ita

Ita & Christus Filius DEI non solùm in Mundum venit, & in hoc apparuit, ut cum Diabolo, tanquam antiquo serpente congrederetur, & sua potentiâ Caput i. e. Regnum & Imperium tanti Hostis contereret, ejusque opera dissolveret, uti Gen. 3, v. 15. promittitur, atque 1. Joh. 3, v. 8. confirmatur: sed etiam post mortem suam, ubi resurrexit jam, in cœlos ascendit, & sedet ad dextram Patris omnipotentis, multò magis potens est adversus Serpentem Infernalem, Satanam, eundemque (ut Cervus Serpentes) Spiritu narium seu oris sui h. e. per vocem Evangelii necat atque extingvit. Adi D. *Frantz.* in H. A. S. part. 1. c. 15. pag. 161. & seq.

Christi Antipathia cum Diabolo & suis hostibus.

Nostra est adscensio Christi.

Porrò 6. sicut Cervus devoratis serpentibus à veneno ita inflammatur, ut præ ardentissimâ siti, quâ inde corripitur, miserabiles ejulationes edat, eousque glocitet & excurrat, donec tandem ad fontem perveniat, ubi aqua frigidiori collo tenus sese immergit, tamdiu, usque dùm per vomitum rejiciat, aut per sudorem, aliâvé ratione veneni virtutem sentiat superatam, de quibus infer. Sect. 3. Cap. 16. Pariter quoque Christus secundum dictum Gen. 3, v. 15. Et tu *serpens mordebis* (conteres) *calcaneum ipsius*: destruens pro nobis infensissimi Diaboli ope-

Cervus devoratis serpentibq miserabiles ejulationes edit, donec veneni vis superata.

Cervus sibi ipsi medetur.

ra, ſenſit ardentiſſimum iræ divinæ onus, adeò, ut non tantùm præ angore in Horto ſangvineas guttas ſudaret, ſitique in arâ crucis vehentiſſimâ divexatus magnâ cum ejulatione DEUM Patrem cœleſtem invocaret: verùm etiam tandem preces ſupplicationesque, Ei, qui poſſit illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido ac lacrumis obtulit, planeque exſpiravit, tamdiu ſcil. quo usque veneni, Diaboli & omnium Hoſtium vis per paſſionem ac mortem ſuperata à DEO eluderetur, ipſeque ex Orco in vitam revocatus Victor omnibus perpetuò dominaretur, Ebr. 5, v. 7.

Mirabilis reſurrectio.

7. *Ratione Reſurrectionis.* Ut autem admirandum illud eſt, quod de redivivâ narratur, ubi haud raro miræ Cadaverum facultates elucent, veluti præ reliquis vis formatrix benigno calore ignis non modò è cineribus vegetabilium ſuſcitabilis; ſed & in animalium quorundam ac cumprimis etiam Cornuum & cordis Cervi demonſtrabilis, ita, ut in deſtillatione C.C. toti vaſi recipienti paſſim adhæreat ⊖ volatile aſpectu jucundiſſimum, innumera Cornua Cervi albicantia dilucidè repræſentans: Et in deſtillatione Spir. è corde Cervi ⊖ vol. ſimul egrediens exactiſſimè Cor cum truncis vaſorum reſectorum referens, quemadmodum de

de his infr. Sect. 3. Cap. 13. plenior erit Tractatio: Pariter etiam mirabilis prorsus est resuscitatio atque Resurrectio Christi, qui Hostium opinione in terram ac cinerem qs. conversus verè vivificâ DEI virtute redivivus ex sepulchro inopinatò resurrexit, atque reali suâ præsentiâ & Imagine Discipulis suis ac piis gloriosè ut omnium Hostium Triumphator sese plusquam exhibuit, tandem iterum venturus cum gloriâ judicare vivos & mortuos, cujus Regni non erit finis. *Symb. Apostol.* & *Nicen.* 2. Timoth. 4. v. 1.

8. Denique *ratione virium*. Cervus, uti in specie posteà patescet, eximiis virtutibus in Medicina plurimis dotatus est. Sic Christus, ut Filius DEI naturalis, DEUS & Homo, & verus DEUS ipse infinitâ prorsus virtute, gloriâ ac Majestate divinâ præditus est, qui vivificat ac salvificat nos, & pro nobis se planè dedit in Mortem, ut sacra passim testatur Litera. *Cervus perutilis.* *Virtus ac gloria Capitis, membrorum etiam Virtus & Gloria est.*

Cujus nempe: 1. Caro vivifica, non tantùm ratione Personæ, quia Verbi omnia vivificare valentis facta est propria, Joh. 6, v. 35, 51. Sed & *Vita fons est Caro Christi.*

2. Ratione meriti, quia pro Mundi vitâ in mortem tradita est. Joh. 3, v. 16. & *Crux Christi nostra Corona.*

3. Ratione Efficaciæ, quia manducantibus *Mirari, non rimar*

Sapientia summa. bus (spiritualiter fide in Evangelii Verbo, & Sacramentaliter mediante pane ac vino in Cœnæ Mysterio) dat vitam æternam, Joh. 6. v. 51. Conf. *Dieteric.* p. 408. D. *Hütter.* Loc. 3. & 21. Cujus etiam sangvis nos mundificat & salvificat, quia in remissionem peccatorum nostrorum in arâ crucis effusus est, 1. Joh. 1, v. 7. Matth. 27, v. 26. 35. Invariata enim sunt verba Institutionis: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur: & Hic est Sangvis meus N. T. qvi pro multis effunditur. *Dieteric.* p. 820. Ubi considerandum hoc fatale & mysticum Anagramma, propter quod JESUS ab Angelo appellatus est JESUS: VIS ES; & alterum; JUS ES; quâ geminâ transnominatione non modò Virtus, sed etiam Justitia nostra Imputativa indigitata videtur, ut in JESU CHRISTO cum DEO validi atque sani & justi reputemur. *Rosenberg. Rhodolog. part.* 1. c. 4. n. 10. p. 39. *Dieteric.* p. 226. ex Rom. 10, v. 4.

Divinissimæ Epulæ: Caro Christi in Cœna Dominicâ verè est Cibus: Sangvis Christi verè est potus.

Nomine nil JESUS suavius esse potest.

CAP. IV.

Comparationem Cervi cum Ecclesiâ & Christiano repræsentans.

Cervi Comparatio cum Ecclesiâ & Christiano

Comparari insuper haud inconvenienter cum Ecclesiâ & Christiano Cervus potest. Quoniam enim multa sunt non solùm in Cervo, sed etiam in Christo, quæ ad Eccle-

Ecclesiam quoq; ac singulos pios, tanquam ad membra CHristi licet accommodare: Ideò non incommodè hîc *certa* quædam *Comparatio Cervi cum Ecclesiâ & Christiano* nunc instituitur, exemplo Regis ac Prophetæ *Davidis*, Ps. 42. v. 1. 2. ubi dicitur, quemadmodum desiderat Cervus fontes aquarum: ita desiderat anima mea Te DEUS. Sitiens est anima mea DEI, DEI fortis viventis &c. *Simile.*

1. Sicut autem Cervus, etiamsi grandia habeat Cornua, placidus est & amans Hominum, nec eos facilè lædit: Ita etiam Ecclesia vel Christianus, seu pius omnis, etsi prævaleat Imbellibus, à DEO accepit Spiritum Comitatis & humanitatis, atque â CHristo ipso ad mansuetudinem invitatur, Matth. 11, v. 29. Ita, ut, quantum in ipso, Charitate fraternitatis conjunctus cum omnibus Hominibus pacem habeat, nec semetipsum vindicet, aliosvé nequiter lædat aut prosequatur Rom. 12, v. 10. 19. & seq. *Cervus est placidus & amans Hominum* *Verè Christianus comis & humanus est, ut Christus φιλάνθρωπος summus.*

2. Quemadmodum Cervus Ingeniosus atque timidus est. *Aristot.* de H. A. 1. c. 1. p. 830. b. Ingeniosus quidem adeò, ut ferarum quadrupedum Cerva maximè prudentiâ præstare videatur, tùm quia circa semitas parit, quò scil. Beluæ propter Homines minùs accedant, *Ælian.* l. 6. *de anim.* c. 11. p. *Cervus Ingeniosus ac timidus.*

Vulneratus Dictamno sagittas ejicit.

333. tùm etiam quia hinnulos posteà ducit in stabula sua, & assuefacit, quò in casu necessitatis refugere debeant l. 9. c. 5. p. 1047. tùm denique quia ipse jaculis fortè vulneratus, quærit Dictamnum, cujus pastu sagittæ iterùm excidunt, atque sanus deinde evadit, quâ ratione & herbam illam sagittarum vulneribus mederi ostendit, ubi ferrum corpori inhæret; Sicut quoque Cervà Seseli herbam demonstravit, D. *Joh. Brent. Tom.* 3. in *Job*, c. 39. f. 176. it. *Francisc. Jun. in notis marginal. sup. Job* cap. 39. v. 6. D. *Matthiol. in Herbar. Epist. nuncupat. Agricol.* c. 1. f. 8. timidus verò ita, ut urgente Bestiarum ferociâ aut vi canum, cùm urgetur à Venatoribus, maximè loca alta & avia petat; vel exanimatus metu longoque cursu defatigatus, cùm jam undique se Hoste cinctum videt, suâ sponte confugiat ad Hominem.

Verꝰ Christianꝰ non solùm circumspectꝰ est, sed etiam timidus ac religiosus.

Pariter Ecclesia aut verus Christianus non solùm prudens est in vitâ, ut se veræ fidei scuto aliisque à DEO concessis mediis in tempore contra Hostium insultûs præmuniat, Suosque adhuc in pietate rudes & infirmos statim à teneris ungviculis ad Scholam pietatis & Templum ducat, sacrisque virtutibus assuefaciat, quò tempore necessitatis postmodùm, quorsùm confugere possint, discant; tùm denique & sibi ipse, dubitatio-

nes

nes atque insultûs Diaboli sentiens, consolationes ex Verbo DEI quærat, quò admotâ ope se rursus liberum ac immunem præstet: Verùm etiam meticulosa sæpè est Ecclesia vel timidus Christianus, ita, ut, quando ab omnibus desertus in extremis versatur periculis, quò se vertat nesciens, non in vanis mortalium præsidiis collocare præsumat fiduciam, sed maturè juxta Ps. 121. v. 1. oculos levet in montes, in cœlum suspiciens, unde verum ipsi venit auxilium, immò ad Dominum JESUM Servatorem suum tanquam verum & tutissimum *Asylum* supplex confugiat, quò tandem aliquando universis malis ereptus salvetur.

3. Uti Cervus acerrimè sentit, si erectas auriculas teneat, nec latere eum insidiæ possunt; sin demissas, facilè ab Hoste capitur & interimitur, *Arist.* l. 9. c. 5. p. 1048. Similiter etiam Christianus, quoties auritus est, arrectis scil. auribus & attento animo ad Verbum DEI, machinas Myriotechnitæ facillimè advertit, neque latere illum queunt Lupi vel Hostis infernalis insidiæ; contrà cùm surdus demiserit aures, h. e. negligens, impius ac securus factus, facilè etiam à maligno Hoste invaditur, captusque posteà interficitur, Matth. 13, v. 25. 40.

Cervus acerrimè sentit reb. intentus.

Christianus bonus Verbo DEI ritè attentus Diaboli ac Mundi machinationes facilè advertit & elidit.

4. Et quemadmodum Cervus vigilans est, ita

Securè vivere mos est

Cervus vigilans est. *Ejus amor erga Mithridatem.* ita ut apud *Ælianum* l. 7. *de animal.* c. 46. p. 460. & ſeq. *Mithridates* Ponti Rex ſui Corporis ac Salutis curam in ſomno non modò ſatellitibus commiſerit: ſed & Cervo & Equo & Tauro, quos manſuefactos ita habebat, crediderit; Si quis enim accederet, quod ex ipsâ reſpiratione ſtatim percipiebant, Cervus ſuâ voce, ille hinnitu, & hic mugitu Regem excitabant. Vid. & *Frantz.* pag. 158. Eodem modo & pius Chriſtianus juxta monitum Chriſti, Matth. 26, v. 41. it. Marc. 14, v. 38. & Luc. 22, v. 40. 46. vigilare atque orare debet, ut ne in tentationem Diaboli, Mundi & Carnis incidat; Spiritus enim quidem promtus, Caro autem infirma.

Verus Chriſtianus de Salute poteſt ac debet eſſe certus, ſed non ſecurus. 5. Uti Cervus felle deſtituitur, illudque ſecus ac cætera animantia, gerit in caudâ, unde hæc etiam venenata communiter creditur. Vid. *Plin.* l. 11. c. 37. f. m. 208. *Alex. Ben.* l. 1. c. 15. *de membr. natur. Geſner. in hiſtor. Cerv. Ariſtot.* de H. A. l. 2. c. 15. p. 863. *Bald. de Viper.* p. 16. *Sennert. Tom.* 3. l. 6. pr. *part.* 8. c. 35. f. 662. D. Joh. *Joach. Becher. in Parnaſs. Medic. illuſtrat. part. 1. Zoolog.* n. 8. f. 31. Ita Chriſtianus etiam omnem fraudulentiam ac malignitatem à tergo debet habere ſepoſitam, ut ne propterea dolosus ac malignus habeatur.

Ut Cervus 6. Sicut inter Cervum & Serpentem natura-

turalis datur Antipathia, ut qs. naturâ quodam odio inter se diffideant: Ita quoque Christianus & Diabolus perpetua inter se fovent odia, variosque semper pius habet Hostes; Carnis propriam Imbecillitatem, Mundum, Hæreticos, Tyrannos, Satanam.

7. Quemadmodum Cervini Cornu suffitu Serpentes ac plurima Insectorum pars fugantur, *Aristot.* l. 4. c.8. p. 915. *Ælian.* l. 2. c. 9. p. 81. & l. 9. de *animal.* c. 20. pag. 529. Sic etiam Hostes piis precibus & odore Verbi divini in fugam convertuntur. Exod. 17, v. 11. Eph. 6, v. 16. 17. 18.

8. Uti Cervus utpl. Cornua sua inutiliter gerit, ipsique ea frequenter magis obsunt, quàm prosunt: Ita & Christianus frustrà sua possidet bona, si non in debitum usum convertat, istaque ceu vana Hominum præsidia sæpè plus obsunt, quàm prosunt.

9. Postremò sicut Cervus tranans flumina Classium more gregatim cum aliis ita sese ordinat, ut caput unius imponatur clunibus & dorso alterius. *Plin.* N. H. l. 8. c. 32. f. 139. *Ælian.* l.c. l. 5. c. 56. p. 318. Pariter quoque Christianus in Charitate unus alterius onus ferre, mutuamque operam sibi præstare debet juxta Præceptum D. *Pauli* Gal. 6, v. 2. it. Eph. 4, v. 2. & 3, v. 16. & 32. quò sic invicem unitâ virtute adjuti pro voto feliciter adver-

& Serpens: Ita Christianus ac Diabolus mutuum inter se perpetuò fovent odium:

Cervi Cornu insecta fugat.

Oratio justi salutare remedium & scutum contra omnes Hostium insultus.

Cervus Cornua sæpè inutiliter gerit.

Christianus frustrà possidet bonum quod non debitè trãsfert ad usum.

Cervus mare tranans gregatim sese ordinat

Christianus alter alteri

mutuam operam præstet. sariorum machinationes & subjugationes effugiamus, atque tandem D.O.M. clementer auxiliante sævum ac tempestuosum hoc mare fortiter tranemus ac triumphemus.

CAP. V.

Comparationem Cervi cum Fide Christiani proponens.

Comparatio Cervus cum fide Christiani. EST & inter Cervum ac Fidem Christiani observanda hæc Comparatio:

Cervi certo modo sagax & simplex. I. Quemadmodum Cervus certo modo non saltem sagax & providum, sed etiam, simplex & rerum miraculo stupens animal habetur, in tantum, ut Equo aut buculâ accedente propiùs Hominem juxta venantem non cernat, aut si videat, arcum ipsum sagittasque miretur; *Plin.* H. N. l.8. c. 32. f.139.

Ita Christianus in corporalibus & mundanis est providus, in spiritualibus & cœlestibus quoad fidem simplex. Ita quoque Christianus sese habet quoad fidem. Etsi enim ille aliàs sagax, callidus ac providus est, & in Mundo propter varias Diaboli machinationes talis esse debet; tamen quoad fidem etiam in rebus spiritualibus atque divinis simplex ac credulus quoque est & Mysteriorum S.S. miraculo stupens, rationemque suam prorsus captivam tenet sub obedientiâ fidei: In tantum quidem, ut mundanis ac fallacibus obvenientibus objectis propiùs blandidicum juxta venantem, ac perdere volentem non attendat aut respici-

ſpiciat: vel, ſi videat, aſtutias & inſidias miretur, caneque pejus & angve fugiat.

2. Sicut Cervus permulcetur fiſtulâ paſtorali & cantu, *Plin.* c. l. *Ælian*, l. 12. c. 46. Sic quoque fides voce tubæ Paſtoris noſtri JESU Chriſti h. e. ſono divini verbi & ſacris dictis meditationibusque confirmatur. *Cervus Muſicâ oblectatur.* *Fides ſuſtentatur DEI Verbo.*

3. Uti Cervus non ita facilè capitur, ſi retinet ſimplicem ſuum curſum, & ut tutior ſit, ſæpè loca ava petit: Eodem modo ſi fides Chriſtiani ſimplex eſt & manet in Doctrina atque vitâ ad normam S. S. tanquam Cynoſuræ ac Regulæ unicæ benè conformata, ita, ut, ſecundùm Athanaſii Symbolum unum DEUM in Trinitate, & Trinitatem in Unitate veneretur: credens & confitens, quòd Dominus noſter JESUS CHRISTUS ſit DEI Filius, DEUS & Homo, ſolus Redemtor ac Salvator noſter, ſemperque, quò integra inviolataque ſervetur, loca alta, aliàs quidem avia, cœleſtia Regna petat, omnemq; ſuam actionem debitè inſtituat, procul omni dubio contra Diabolum & omnes alios Hoſtes eſt tutiſſima. *Cervus loca avia & tuta petit.* *Fides unica avia, cœleſtia ac alta loca apprehendit.* *Scriptura S. unica fidei Regula.* *Vera eſt & Victrix, ſi modò vera fides.*

4. Quemadmodum Cervus, ubi ſe ab Hoſte liberare ac ſalvare vult, propriam operam adhibere debet: Sic etiam fides Chriſtiani haut aliena mutuatitia, ſed propria unicuique requiritur, ut Salutem æternam *Cervus ſibi ipſe proſpicit.* *Juſtus ſuâ fide vivit.*

consequatur, *Levit.* 17, v. 15. *Habac.* 2, v. 4. *Joh.* 3, v. 16. 18. & 36. it. *Galat.* 3, v. 11. Fides enim (vera ac viva) solum & unicum est medium, quo Justitiam Christi apprehendimus, quo Justitiam & Salutem apprehensam virtute & ope DEI quoque retinemus ac conservamus 1. Petr. 1. v. 5. 1. Pet. 5. v. 9. 10. Joh. 3. v. 16. 36. quam declarare decet per B. O. Matth. 7. v. 17. ad 22. Galat. 5. v. 6. Fidem enim cognoscimus ex fructibus & operibus bonis Jacob. 2, v. 17. & 26. Ideoque fides appellata est, quòd fit, inquit D. *Augu-*
„*stinus*. Duæ nempe Syllabæ sonant, cùm di-
„citur fides; prima est à facto; secunda à
„DEO. Interrogo Te ergò, utrùm credas?
„Dicis, credo: fac quæ dicis, & fides est,
„*Serm.* 22.

Sola Fides justificat. Una fides salvat, si modò vera fides!

Fidei Etymon Augustino.

5. Ut demùm febrium morbos non sentit hoc animal, quin & medetur huic timori, *Plin.* l. c. f. 140. Ita quoque vera fides externâ vi atque injuriâ non corripitur ac perditur, quin & medetur huic malo nutu & auxilio divino, ut integer Spiritus noster, & anima & corpus sine querelâ (inculpatè) usque ad adventum Domini nostri JESU CHRISTI conserventur. Fidelis namque qui vocavit nos, ipse & faciet. 1. Thess. 5, v. 23. & 24.

CAP. VI.

Comparationem Cervi cum Charitate Christianâ sistens.

SIcuti fides; ita quoque germana fidei Soror, aut ipse fructus & Effectus fidei *Charitas cum Cervo confertur.* Cum Charitate enim & dilectione fides Christiani: & fides operatur per dilectionem Gal. 5, v. 6. Sine dilectione autem fides Dæmonis idem habet *Augustin.* Serm. 10. vid. & 1. Corinth. 13, v. 2. &c.

Comparatio Cervi cum Charitate Christianâ.

Charitas vinculum est perfectionis Christianæ.

1. Quemadmodum autem Cervus, & maximè Cerva, non solùm se, sed & hinnulum suũ ex amore naturali fovet, nutrit, & quantùm potest, tuetur, monstratque ei locum, tutum videlicet, Saxum abruptum in altiori monte, in quem tantùm unus aditus est, ut hâc ratione ab injuriis & prædâ Belluarum, cum catulo securè versari ac superesse queat: Similiter & Charitas Christiana non modò sibimetipsi, sed & Suis ac proximo & omnibus Mater est, ceu filios diligit universos, pro facultate fovet, pascit, vestit, ac circumspectè simul tuetur, monstratque locum tutum, nempe cavernam vulnerum Christi ceu *Asylum* tutissimum, in altis ad DEUM, per quem tantùm unus aditus est: Immò Charitas & Hominum Mater est & Angelorum,

Cervus hinnulos suos amat ac fovet. Sic

Charitas Suis & omnibus Mater est.

Veræ Charitatis proprietates.

 non

non solùm quæ in terris, sed etiam quæ in cœlo sunt, pacificavit, ipsa est, quæ certo respectu DEUM Homini placavit, & Hominem DEO reconciliavit, quæque unice facit, quâ ratione invicem ab Hostium injuriis, rapinis ac populationibus cum Nostris sarti tecti benè vivere possimus, *Augustin. de Catechizand. rud.* & *laud. Charitatis Bernh. in Epist.* &c.

Amoris vis est unitiva.

2. Ut Cervus maria tranando alter alteri tergum præbet, ita ut sequens Caput dorsi præcedentis imponere (*Jul. Solin. Polyhist. de Cerv. Scythiæ* c. 31. f. 44. infirmos poni in ultimo tradit) atque sic unusquisque salvus trajicere valeat: pariter & Christiana Charitas, juxta monitum Apostolicum Eph. 4, v. 2. 15. 16, & 32. sui juris esse non finit, servit omnibus, tolerat, quod non oportet, solicitatur plus, quàm voluerit, compatitur nolens, miseretur in via saltem ut juvet, erigat, servet, ut idem docet *Augustin. in Epist.* „Summa: Charitas patiens est, benigna, „non æmulatur, non agit perperam, non „inflatur, non est ambitiosa, non quærit „quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat „malum, non gaudet super iniquitate: con„gaudet autem veritati, omnia suffert, o„mnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, „1. Corinth. 13, v. 4. 5.

Cervus mare tranans alteri tergum præbet

Charitas totum Christianum proximi ministerio exhibet.

Charitas semen est omnium Virtutum.

3. Sicut

3. Sicut Cervus meliora quandoque pascua nactus semper tamen ad pristina, ubi educatus est, redire solet, D. *Jonston*. H. N. l. c. f. 90. *Ælian*. l. c. l. 6. c. 13. p. 334. & seq. Ita etiam Charitas Christiana Naturâ quidem ad omnia loca fertur, & se ubique diffundit, plùs tamen Patriam, unde scil. ceu per umbilicum educationis auspicium suscepit, quàm alia pingviora etiam ac præstantiora loca amat, neque eam diligit, quia magna & lauta, sed quia sua Patria est, quam cum omnibus liberam ac beatam esse desiderat. *Pier. Valer*. l. 34. pag. 325. & *Sen. de remed. for.*

Cervus Patriam qs. loca naturalia amat Charitas ubiq; omnib9 benigna, maximè tamen Patriæ ac Suis prodesse, nunquam verò obesse laborat.

CAP. VII.

Comparationem Cervi cum Spe & Patientiâ exhibens.

COmparatur denique & Cervo altera Fidei Soror, vel Effectus ac Testis Fidei *Spes*, junctaque animi in cruce Stabilitas seu *Patientia*. Nam

Cervi Comparatio cum Spe & patientiâ.

1. Sicut Cervus semper in fugâ acquiescit, stansque respicit, cùm propè ventum est, rursus fugæ præsidia repetens, *Plin*. N. H. f. 139. ubi verò animum despondet, relictis Sylvarum opacis in Campestria sese conjicit, & interdum ad vicos ac villas propiùs accedit, D. *Jonston*. in H. N. f. 30. b.

Cervus fugæ præsidia repetit.

Simi-

Ita Spes ac patientia adversitatis remedia magis magisq; à DEO expectat.

Similì modo & Spes Christiani habet; semper in adversis acquiescit, patienterque meliora expectans obdurat, stansq; & confidens ad Dominum respicit: cùm propè ab Hoste ventum est, rursus adversitatis præsidia sua repetens: ubi autem præ angustiâ & potentiâ Adversariorum ab omnibus destitutam se deprehendit, posthabitis subsidiis mundanis in cœlum ad DEUM sese propiùs ac firmiùs elevat, & ea, quæ non videt, sperat, atque per patientiam expectat, Rom. 8, v. 25.

Vbi Thesaurus, ibi & Cor.

Cervus bimus primùm Cornua simplicia habet, pòst bifida & majora, usq; ad Annum sextum.

2. Ut Cervus anniculus nondum Cornua habet, nisi quoad indicium seu initium quoddam protuberans, quod breve hirtumque est: binus autem primùm Cornua accipit simplicia & recta: trimus bifida, quadrimus trifida, atque sic ulteriùs ad hunc modum major procedit numerus usque ad Annum sextum &c. Sic etiam bona spes Christiani progressu ætatis ac temporis per Verbum DEI Spiritûs S. gratiâ in dies magis crescit & augetur, donec tandem perfecta qs. in multos ramos exsurgat.

Spes Christiani in dies qs. in ramos excrescit, donec perfecta fiat.

Cervus Cornibus amissis occultatur, ac noctu pascitur.

3. Quemadmodum Cervus, cùm Cornua amisit, occultatur interdiu velut inermis, pasciturque per id tempus noctu. Ubi autem nova satis firmata recrescunt, iterùm in apricum procedit, ac de die pascua quærit.

rit. *Aristot.* de H. A. l. 3. c. 2. p. 1147. Item *Plin.* l. c. Sic quoque Spes, quando præsidia humana deficiunt, in oculis Hominum abscondita qs. latet, & nihil habetur coram Mundo velut inermis ac frustranea, sustentaturque per id tempus saltem in tenebris, occultâ meliorum spe diviniq; Verbi virtute: Ubi verò postea DEI gratiâ vegeta qs. reddita, noviter progerminat, satisque firmata videtur, iterùm suos ramos pandit & lucet coram Hominibus, ut sub patientiâ occultatą Christiani fiducia rem amplissimè deinceps teneat, adeò, ut ubi desinit Spes, ibi incipiat res. Aliàs profectò infelix nimis Christianus sit,

Spes cui semper adest, res cui semper abest.

Nobis verè natis rursum prodit & de die pascit.

Spes ubi deficere præsidium videtur humanum, abjecta & occulta qs. habet divinum.

Larga ubi rei Spes elucet, clara omnibus posteà innotescit.

4. Sicut Cervi Cornua ab aliis differunt, quòd, cùm omnibus animantibus sint cava & in mucrone demùm concreta, Cervis tantùm solida adeoq; dura sint, ut soliditate ad lapidum Naturam accedant. D. *Jonst.* H.N. f. 87. b. Ita quoque veri Christiani Spes longè alia, quàm Pseudo-Christiani spes est, quæ cùm illi, iisque omnibus qs. sit cava & sterilis, ac circa externam superficiem aliquatenus saltem concreta paulùm & firma: Vero Christiano tantùm solida & adeò firma ac infallibilis est, ut qs. lapidea nullis procella-

Cervus Cornua habet solida, non cava.

Veri Christiani Spes firma est, ac longè alia, quàm Pseudo-Christiani.

cellarum scopulis infringatur & annihiletur.

Cervus formâ & virtute prodest.

5. Postremò uti Cervus Hominem non tàm externâ formâ, quàm internâ virtute multis modis ab Affectibus liberat, roborat ac conservat: Eôdem modô vera Spes cum verâ patientiâ mentem Christianam non tàm ab externâ vanitate exhilarat, quàm internâ vi ab innumeris affectibus ineffabili modo sanat, corroborat & sustentat, ita, ut nec tàm magna, nec tàm multa, nec tàm mala Christiano patienti accidere possint Symptomata & damna, quin ab iis tandem vera fiducia liberare ac salvare valeat. Spe namq; salvi facti sumus ait D. *Paulus* Rom. 8, vers. 24. Et fides quidem credit, Spes ac Charitas orant, sed tamen sine fide esse non possunt, inquit B. *Augustin. in Enchir.* Verumque est illud, quod venerandus D. *Gerhardus meditationibus suis sacris* num. 8. p. m. 59. præfigit.

Vera Christiani Spes non tàm externâ rei Specie, quàm interna ac verâ Virtute afficit.

Vera fiducia tandem salvat.

- - Bona Spes confundere nescit.

Qui igitur gaudebit in Spe, tenebit & rem: qui autem Spem non habet, ad rem non poterit pervenire. Idem *Augustin. de Charitat.* Vid. & incomparab. Theol. D. *Chemnitius*, Justificati nunc ex fide gloriamur in

in tribulationibus, scientes, quòd tribulatio patientiam operetur, patientia autem probationem, probatió verò Spem: Spes autem nō confundit, quia Charitas DEI diffusa est in Cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Rom. 5. v. 1. ad 6.

Tandem patientia victrix. *Sperantes DEUS obsignat Spiramine sancto.*

Tantum de his, relictâ amplificandi occasione aliis; jam ad rem.



SE.

SECTIO III.

Theorico-Medico-Chymico-Practica.

CAP. I.

in quo

Consideratio Cervi ejusq; Partium

Specialis instituitur.

PErlustratâ itaq; Physico-Historico-Theologicè hactenus Naturâ Cervi, jam consequenter ejus partes quoad Usum Medicum in specie videbimus.

Cervi Corp9 etsi unione formæ unum & simplex videtur: dividuum tamen ac multiplex quoq; est ad varias operationes artificiosè constitutum.

Etsi enim Cervi corpus eleganti ac singulari plurium partium Harmoniâ, Continuatione atque etiam unione formæ unum & simplex videtur, iisdem tamen partibus penè infinitis dividuum quoque est ac multiplex ad varias operationes artificiosè constitutum.

Pars quid?

Id verò (ut in antecessum necessaria nonnulla ex Physiologiâ adducamus,) *communissimo significatu* hîc partis nomine venit, quod ad totius constitutionem facit: Seu, ut *Gal.* l. 1. de *Elem.* c. 6. f. 11. & 1. M. M. Cap. 5. f. 11. dicit: *Pars* est omne illud, quicquid totum complet atque integrat. Cui quoque *Arist.* 2. *de part. An.* c. 2. p. m. 107. consenti-

re

revidetur. Ab eodem *7. Polit.* c. 8. describitur, omne id, in quod idem Corpus divisum totum vel benè esse nequit: Ab aliis verò omne id, quod à toto corpore sine ejus detrimento demere non licet. *Strictiùs* autem ab ingeniosissimo & de Arte Medicâ optimè merito *Fernelio de part. Corp. human.* l. 2. c. 2. p. m. 107. ita definitur: *Pars est*,, *Corpus toti cohærens, communiq; vitâ con-*,, *junctum, & ad illius functionem usumvé com-*,, *paratum*, vid. & insignis Anatomicus *Laurentius* 1. *Anat. quæst.* 1. Celeberr. D. Thom. *Barthol.* in *Proœmio Anat. reform.* p. m. 2. D. T*ob. Cnoblauch.* in *Disput. Instit. Anat.* 1. c. 5. p. 16. 20. & seq. *Magir Phys.* & alii. Cæterùm ex antiquissimâ Divisione Corporis partium quædam (ut hîc qs. ad Naturam Cervi ex humanâ quodammodò applicare liceat) sunt μόρια ἴσχοντα, στερεὰ *partes continentes solidæ* propriè sic appellatæ, *Barthol.* l. c. quæ ob firmam ac solidam, quam habent, substantiam consistunt, aliasque partes ruentes ac fluentes continent, *sive homogeneæ aut similares*, protogonæ à *Platone* dictæ, quòd ordine generationis compositas præcedant, ab *Anaxagorâ* Homœomeræ, quòd sibi similem, unã eandemq; substantiam habeant; *ab Aristotele* Asynthetæ, quod sine compositione sint, nuncupatæ, utpote *Divisio.*

 mem-

mẽbranæ, cutis, venæ, arteriæ, Caro, ossa, &c. *Petr. Serv. Institut. Med.* l. 1. p. m. 8. 9. *Sive heterogenea aut dissimilares* seu organicæ ab illis diversæ, ἀνομοιομερεῖς Græcis vocatæ; quæ non ex partibus ejusdem Naturæ, sed specie differentibus constant: Eæque *vel externa*, ut Caput, truncus & artûs; *vel interna* in *ventre supremo* animali facultati inserviente, ut cerebrum atque membranæ; In *medio* vitali, ut Diaphragma, Cor & Pulmo; vel *in infimo* naturali serviente, ut ventriculus, Intestina, Mesenterium, Epar, lien, renes &c. quædam verò ἐνισχόμενα, ὑγρὰ, i. e. contentæ, humidæ partes, quæ cùm Naturam habeant fluentem & non cohærentem, aliarum adminiculô, vasisque propriis tanquam conceptaculis sustentantur, cujus modi sunt tùm humores, tùm spiritus, quemadmodùm ex subtilissimo *Scaligero Exercit.* 280. p. 847. doctissimus *Magirus* docet. Medicinæ verò Parens & Princeps *Cous* noster VI. *Epidem. Sect.* VII. n. 19. f. m. (Ed. t. *Genev.*) 1199. H. in Homine tres facit partiũ differentias, ita ut iis distinctis seorsim & constituat ὁρμῶντα h. e. impetum facientia, seu πνευματώδη spirituosa quò Spiritus corporis partes singulares habeantur.

Applicatio. Nos posthabitâ jam istâ Philosophico-Hippocraticâ divisione melioris heîc Doctrinæ gratiâ primùm Cervi partes solidas

ac duriores, externas & internas, similares ac dissimilares, prout ordine se invicem à capite ad calcem seqvuntur: deinde fluidas & molliores; postremò Coronidis loco & pellem cum pilis, quâ totum illud continetur: ex iisque omnibus ad usum nostrum præparata potiora, opitulante DEO, paucis, quoad ejus fieri poterit, succinctè atque perspicuè pertractabimus: ubi adhuc obiter qs. tenendum, quòd juxta nonnullos veteres ac recentiores, præprimisque Cl. *Sperling. in Zoolog. Phys. posth. à Dn. Kirchmajer. edit.* l. 2. c. 2. p. m. 142. In Cervo pili, vellus, ungula & Cornua etiam in censu partium continentium ponenda; non enim minùs, inquit ad *Valesii* verba, quàm ossa, quàm dentes & carnes beneficio vasorum ac nervorum in se succum sibi similem, Spiritum, sensum atque vitam habent: nutriuntur verè, augentur etiam, cohærent cum toto communi vitâ, ab eoque ægrè (quamvis non ita cum detrimento vitæ) divelluntur & ad functionem aliquam usumvé proprium à Naturâ sunt comparata. Ne igitur arbitremur excrementa esse, ait ille, quæ corpori ornamento sunt, & emolumento maximo; *Partium* namq; *quædam propter esse simpliciter*, sine quo non esse potest animal, ut sunt Caput, Thorax, Venter &c. *quædam propter*

An Cornua &c. in censu partium ponenda? Sperling. & alii affirmant.

τὸ εὖ εἶναι, seu ob *benè esse facta* sunt, sine quibus quidem Animal poterat esse, sed non utiliter, sicuti Vellus, Cornua &c. Ubique ergò benignissima Natura Parens non de necessariis tantùm, sed & de pulchris ac utilibus provida fuit.

Galen. & alii negăt. Occurritur verò huic sententiæ à multis aliis, præcipuè etiam à *Galeno*, qui in l. 1. *de usu part.* c. 11. f. m. 230. sicut ungvibus, ita & ungulis, pilis ac Cornibus vitam denegare videtur, eaque per consequens ex partium viventium numero prorsus rejicit, dùm „ dicit: augentur autem non ut aliæ partes verè h. e. in longum, latum ac profundum: Sed pilorum modo in longum solùm, subnascentibus aliis semper ungvibus novis ac antiquos propellentibus, ut idcircò in generatione verarum partium nullum locum habeant, utpote quâ per omnes dimensiones reponuntur: Illa verò solùm per appositionem elongantur. Consul. Illustr. D. *Gregor. Horst. Tom. 1. Instit. Med. Disput. 3. Coron. 1. Exerc. 3. quæst. 8. fol.* m. 34.

Quidam distingvunt. Sunt quidem alii, ut *Thomas, Scotus, Vegia* &c. qui pilis ac reliquis jam numeratis attribuunt animam, munus vegetantis tantùm excercentem: *Vallesius* verò *lib. 2. Controvers.* c. 5. Ungvium partibus inferioribus solùm vitam ad nutritionem concedit, propterea

pтереà quòd ſentiant ibidem, & conſpicua vaſa id eſt arterias, venas ac nervos obtineant.

Cæterùm ſicuti anima nunquam magis & minùs recipit; ita neque animæ Eſſentia permittet, ut peculiaris anima ſingulari parti tantùm attribuatur: adhæc etiam ſenſus iis per appellata vaſa non πρώτως ſed δευτέρως tantùm convenit, reſpectu radicis & ſubjacentis membranæ, cujus beneficio accidit: Si enim corpus aliquod continuum in parte vivat, illud naturaliter quoque in toto vivere neceſſum eſt, vid. c. l. *Diſp.* 3. *Coron.* 2. *Exerc.* 4. *quæſt.* 8. f. 175.

Præterea partes ſi eſſent Cornua, utique ad Spermaticas pertinerent: ſangvineas enim eſſe nemo dixerit, quia ſunt frigida, ſicca, dura, compacta, albicantia; ſangvineæ autem partes contrario modo ſe habent. Nec verò in albo Spermaticarum partium reponi queunt, quia illæ formantur in utero ex ſemine: Cornua autem, uti cap. ſeq. dicetur, extra uterum, bimis demùm & annoſis ex Materiâ quâdam ſuperflua ſingulari ferè humorum parte generantur. Poſthæc Spermaticæ partes omnes certum habent augmentationis terminum, quem cùm adeptæ ſint, creſcere deſinunt, neque juxta *Hipp.* 6. *Aphor.* 19. ſemel demtæ ampliùs (ternâ

dimensione) renascuntur & augentur, sed saltem loco ablatæ partis ob Spermaticæ Materiæ defectum aliquid formâ & Materiâ dispari à primævâ parte nascitur. At Cornua instar ungvium, pilorum, pingvedinis ac medullæ ferè perpetuò regenerantur formâ & Materiâ simili.

Equidem volunt quidam Cornua ex Spermate fieri, & quidem ex crassâ terrenâque ejus portione unà cum reliquis partibus, quia ipsa quoque terrenæ substantiæ: mentemque *Hippocratis* hîc arripiunt, qui *Libro de Naturâ pueri* f. 236, 238, & seq. item *de Diætâ* libr. 1. f. 347. &c. scribit: Omnium partium Spermaticarum rudimenta & prima stamina simul ac semel detineri: Sed suo quasque ordine perfici; priùs scil. illas, quæ magis; posteriùs quæ minùs sunt necessaria. Cùm enim præsens sit omnium Materia, Semen, Efficiens, tùm primaria facultas πλαστικὴ, tùm secundaria Calor ac Spiritus; locus generationis Uterus, ratiocinabiliter concludunt omnes simul formari vel adumbrari, nullamque alterâ priorem existere, Vid. & *Sennert. Tom. 1. Epit. Sc. nat.* l. 7. c. 2. f. 126. & *Instit.* l. 1. c. 9. f. 294. Verùm ad illa pauxillâ quæstione respondetur; Cur, si Cornuum eadem Materia, idem agens, idem denique locus & tempus, quo fieri incipi-

cipiunt, non omnibus æquè generentur, aliis citiùs locellis suis egrediantur & maturiùs perficiantur: aliis diutiùs latitent, siantque tardiùs? Annon ex aliâ, quàm Spermaticâ Materiâ generentur, præsertim quæ in adultâ ætate, immò in senectute proveniunt? Et nùm fortè cum Materiâ formatrix quædam supersit, quâ demùm in provectâ ætate pullulantia effingat? Nihil proinde concludere videntur, hîc insufficienter & alienè prorsus adducta *Hippocratis* verba: *Dissimilium* enim *rerum dissimilis quoq; ratio*: Rectèque *Philosophus* 1. Ethic. 4. ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν, pluris, inquit, oportet facere veritatem. Verisimile ergò & rationi consonum est, quod Cornua cum cæteris partibus æquiparari nequeant, inque classem quidem ignobiliorum & adulterinarum, non verò propriè ac verè ita dictarum partium sint referenda. Conf. Exc. *Sebitz* Prof. & Archiat. Argentorat. Celeber. *Diss.* 1. *de dent.* Th. 116. & seq. *Conclusio sententia.*

CAP. II.

De Capite & Calvariâ Cervi, hujusq; Usu Medico.

IN Capite Cerebri viscerum omnium nobilissimi domicilio, quod in excelso corporis loco tanquam specula supra Collum *Caput quid?*

posi-

positum est, figurâ oblongâ; extrinsecùs nobis spectanda obveniunt Cranium vel Calvaria, atque Cornua Cervi ramosa, duabus eminentiis sive projecturis antrorsum bimo(annuatim sensim sensimq;)extuberãtia; quorũ descriptionem in sequenti capite exhibiturus impraesentiarum ordine primùm de Cranio seu Calvariâ agam, dehinc etiam de Cornibus.

Cranium unde? Et sub initium quidem quod Cranium spectat, dicitur illud, veluti Κράνος Galea, quòd militaris galeae formam referat: aliis Calva & Calvaria, Germ. **die Hirnschale/** *Calvaria quid?* quia est os, quod totum cerebrum tegit, introrsum concavum, quo tegumento tanquam galeâ quâdam provida Natura id circumsepsit, ut contra irruentes calamitates & injurias externas liberum foret. Unde etiam praecipuè maribus ac adultis quibusdam in locis adeò crassum, ut aciem gladii quoq; acutioris eludat, quamvis aliàs Cervis os quod Cerebrum amplectitur, membranae instar tenuissimum & perrarum esse scribat *Aelianus* l. 12. *de animal.* c. 18. p. 712.

USUS. Calvaria Cervina, praeprimis foeminae, eximiam in Cephalicis (potissimùm ob ἰδιοσυγκρασίαν) ac pectoralibus Affectibus vim obtinet, cujus potiora saltem & selectiora ex eâ Medicamina subjiciam. Utuntur

tur verò Calvariâ vel crudâ ac pulverisatâ; eaque per se, aliisvé mixtâ, aut præparatâ:

CRUDÆ *Usus. In Affectibus Capitis*, & quidem Epilepsia elegans ac magnarum virium jure habetur sequens remedium: *1. Crudæ.*

℞. Cran. Homin. strangulat.
Calvar. Cervin. d. t. c.
C. C. præpt. ā. ℥ij.
Succin. alb. præpt.
Corall. rub.
Sem. Pœon. j. t. c. ā℈ij.
⊖ vol. C. C. ℈j.
ElæoSacch. mac.
rut. ā ℈ß.

F. Pulvis, de quo detur tribus vicibus de die manè, meridie ac vesperi cum aq. appropriatâ ℥j. plus minus.

Sic quoque PRÆPARATÆ pulvis & Prophylacticus & Curativus esse potest, non tantùm Epilepsiæ; sed & aliorum Capitis ac cordis Affectibus seq. modo: *2. Præparata.*

℞. Calvar. Cerv. ph. præpt. ℥j.
ras. ebor.
C. C.
Corall. rub. præpt. ā℈ij.
⊖ perl.
Succin. vol.
ElæoSacch. Cinnam. vel nuc.
mosch. ā. ℈j.
F. pulvis.

Dosis

Dosis variat pro ratione ætatis: Sæpiùs verò repetatur in vehiculo conveniente, Poterit etiam Syr. Corall. addi & fieri Electuarium. *Colerus* pulverem ejus de Cervâ fœminâ potiùs commendat, quem, si placet, vid. l. 14. *Therevt.* c. 37. f. 58. Verùm ad Cornua, de quibus enucleatiùs.

CAP. III.

De Cornibus Cerv. eorumq; Materiâ & generatione.

DOctrinam de Cervi Cornibus jam persecuturus, principiò ex ipso quoque Philosophiæ fonte eorum, ceu maximè usualium, Materiam & Causas, quibus omnibus vera firmaque nititur Scientia, paulô altiùs haurire animus est. Tunc etenim arbitramur rem verè scire, quando principia prima atque causas cognoscimus. Unde *Arist.* 1. *Phys.* c. 1. T. 1. *Scire est rem per causam cognoscere.* Causæ enim nos scire maximè faciunt 1. *post. An.* c. 2. t. 5. Rectè etiam Subtilitatis Magister *Scaliger, in Epist. ad Sebast. Gryph.* Causæ sicuti uni Homini ad cognoscendum datæ: Ita, qui eas animo concipit, is demùm Homo dicendus. *Laurenberg. Rhodol. part.* 2. c. 1. p. 152. & seq.

Scire est rem per causas cognoscere.

Diversimodè autem de Materiâ ac generatione Cornuum sentit atque dissentit Philoso-

losophorum ac Medicorum Cohors; Vulgata tamen est sententia: Cornua velut ungves & pilos inter excrementa esse referenda, cùm quoad Materiam ex tertiæ coctionis excrementis crassioribus, vapore scilic. fuliginoso lentore quodam prædito per poros cutis transpirante pronascantur, & idcircò solius appositione alimenti ac imperfectâ accretione prolongentur. *Materia Cornuum juxta sententiam vulgarem.*

Quoad efficientem Causam formalem statuunt esse facultatem expultricem ac calorem, fuligines ejusmodi de excremento ultimi alimenti excitantem, & ad cutem perforatam continuò propellentem, ita ut fuligo postea juxta radicem Cornuum (sicut & ungvium & pilorum) semper nova alia succedens priori ob lentorem cohæreat, eamque è profundo continenter protrudat, atque hinc ejusmodi corpus longum ramosum existat. *Causa efficiens.*

Verùm enim verò quamvis longè alia inferior ac ignobilior Cornuum ratio fiet, quàm reliquarum Corporis partium, quas sine damno animantis ita abjicere vel demere non licet: Veritas tamen evincere videtur, ea non tantùm esse facultatis expultricis & Caloris ei ministrantis excrementa fuliginosa per cutem protrudentis opus; sed *ex Materiâ* quâdam *superabundante, singulari* *Diversa & propria sententia.*

procul

prôcul dubio *humorum parte (D. Hafenreffer. in Nosodoch.* l. 1.c.6.p. m.56. Corniferos humores appellat) vel ſucco,non planè excrementitio & *Sale ſua* ceu principio coagulationis ac Naturæ Balſamo *imprægnato* (quò enim plus Salis habet in certâ proportione terreſtris materia,eò magis ac facilius compingitur, induratur & conſervatur) *à Facultate formatrice*, ceu Causâ formali, quam omnipotens Creator DEUS pro infinitâ ſuâ Sapientiâ certis ſaltem partibus indidit,& *Cornifica* appellari poteſt,ad primævum DEI ordinantis ac jubentis imperiũ *per Architectonicũ Spiritum Calore adjuvante* effingi. Conf. *Anſelm. Boet. de Boot Hiſtor. Gem. & lap.* l.1.c.11.p.31. & l.2.c.302.p.544. it. *Sennert. Tom.3. de Conſ. & Diſſ. Gal. & Perip. cum Chym.* c. 11, f. m. 768. &c. Hinc & Cornua, ſicut ungves, teſte *Gal.* 2. de *adminiſtr. anat.* c. 11.f. m. 145. nutrimentum ſuum hauriunt à ſangvine impuriore, tamen per vaſa ſua propria,quæ in ipſorum radicem terminari *αὐτοψία* ſatis demonſtrat.

Cl. *Sennertus Tom.1. Inſt.* l.3. *part.*1. *Sect.* 2.cap.3.f.m. 457. & ſeq. Citra dubium Cornua & ungulas in animalibus generari docet ex Materiâ quâdam ſuperfluâ craſſiori & ferè excrementitiâ, quæ, ut optima Sangvinis pars, aliis partibus alendis haud conveniat,

niat, nec solùm à Caloris vi, sed à facultate πλαστικῇ singulari, quæ solùm Capiti hîc à Naturâ data est.

Excellentissimus Dn. D. *Daniel Beckherus*, olim Medicus Elector. Brandenb. ac Prof. Regiomonti Borussorum Celeberrimus, Præceptor singulariter honorandus, jam ἐν ἁγίοις, *in Microcosmo suo medico* l. 1. c. 2. p. 6. b. ab hâc Sententia non multùm alienos putat *Hippocratem & Aristotelem*, quorum *ille de Naturâ pueri* fol. m. 240. & l. *de Carn.* f. 251. scriptum reliquit: Materiam ungvium, sicut & Cornuum, esse Humidum glutinosum à Calore exsiccatum ac arefactum ad extremas partes dimissum: Hic vero de *Gener. an.* c. 6. Ungves ex cibo gigni adventitio; per quem, ajt Cl. Dn. *Beckherus*, nihil aliud intelligere videtur, quàm abundantem Sangvinem, abundansque à nutritione reliquarum partium principalium nutrimentum. Exc. Dn. D. *Mœbius*, Prof. Medicus Jenens. Celebratissimus, *de fundamentis Medicinæ* c. 11. f. 171. it. c. 18. f. 314. & alibi causam omnem in Sal ventriculi fermentale conferre videtur, (unde & *in Cervi Ventriculo Serpens* quondam *lapidefactus*, de quo Præcell. *Dn. Sachs Gammarolog.* p. 177.) quod ex propria Naturâ Cervi in ipso præ omnibus animantibus abundans, omnes Spiritus aci-

Sententia D. Beckhri.

Sententia D. Mœbii.

acidos in Cibo & potu aſſumto latentes in Sal volatile mutet, cujus beneficio deinceps ita in immenſum excreſcant.

Confirmat illud ipſum notabilis Salis volatilis Copia è Cornu, Sangvine & Urinâ Cervi per Artem Spagyricam proveniens, confecta ſcil. è Spiritu acido beneficio iſti9 Salis fermentalis Stomachici. Cui accedere autumo velociſſimum ejusdem Cervi motum; quo humores ac Spiritus magis magisque in ſuperiora aguntur; terreſtrior autem pars ſeu *Succus Cornificus* paulatim expulſo humido indureſcit & velut vitriolatur; donec à facultate formatrice per Spiritum Genitorem implantatum mediante Aëre externo ſui generis Cornu iſtiusmodi procreetur.

Juncta propria.

Dubium quaſtion.

An verò ſicut dentes (quibus à nonnullis ſimilia cenſentur, cùm nullum animal ſimul & cornutum, & exertis dentibus utrinque præditum) & reliqua oſſa omnia, in quibus aliquid deeſt, vel proceſſus, vel appendix, Cornua ceu illis ὁμόφοιτα, imperfectè adhuc in utero generentur, ita, ut inde quoddam, ſed minùs conſpicuum in utero habeant initium: poſteà verò ſimiliter efformentur? ſuum cuique liberum eſto Judicium. Ego tamen uti dentium atque oſſium materia cauſa & accidentia plurimùm diver-

versa videntur: ita & eorum generationem ac Considerationem ab ipsis longè aliam ac distinctam esse, nullus ambigo. *Dissimilium* enim & Specie rerum diversarum *dissimilis* quoque *ratio*. Confer, si lubet, *Plin.* N. H. l. 11. c. 37. num. 29. f. 202. & Cl. D. *Seblz.* l. c. & alii. *Aliqualis Solutio.*

CAP. IV.

De Usu C. C. Mechanico, Ejusq; qualitatibus sensilibus, Sapore, odore, Colore.

Operæ verò pretium nunc est, ut, quæ ad C.C. Usum Speciali quâdam Tractatione pertinere videntur, contemplemur. Dictum autem superiùs, Hominis gratiâ Cervum à Naturâ Creatrice primùm formatum; à Conservatrice hactenus perenniter propagatum & conservatum, ut vel tanquam delectamentum vel ornamentum, vel alimentum aut Medicamentum illi inserviret: In his enim quàm maximè generosi hujus animalis tot tantisque Virtutibus dotati finis & usus consistit. Nempè sicut inter mineralia & Metallica Aurum: inter plantas florentissima Rosa: ita inter animalia Cervus ejusdemque Cornu potissimùm Usu excellit. *Usus Cervi à DEO Homini concessus varius.* *Usus Physicus.*

Atque ut à primo initium capiam, notis- *Cornu*

quoad oblectamentum. tissimum hodiè est, quod Cervi Cornua integra ligneo Capiti inserta non solùm in Regum ac Magnatum Palatiis, sed & inferiorum ac vulgarium ædibus (præter suspendendi usum) ad oblectandos oculos & Hypocausta atque alia loca exornanda quotidianâ Experientiâ teste insignem Utilitatem *quoad ornamentū.* habeant: Ita referente D. *Casparo Ente in deliciis Germaniæ* p. 3. Augustæ Vindelicorum in Fuggerorum Palatiis ostentantur Cervorum Cornua miræ magnitudinis & ad instar ramorum Arboris multiplicata. Forma nimirùm Capitis cùm perquàm sit elegans, tot tantisque ramusculis superbiens, adeo, ut omnium Spectatorum oculos in amorē ducens ad se rapiat, miro profectò modo Hominem delectare solet. Pulchris enim utpote plurimùm amabilibus cumprimis Homines moventur, delectantur. At verò uti, Philosophorum placitô, bonum atque amabile seu appetibile inter se convertuntur: ita etiam pulchrum atque bonum; nullum etenim malum pulchrum videtur.

Cornuum appellatio. Notandum hîc, quod Germani Vernaculæ lingvæ venustati aut proprietati studentes par Cornuum majorum appellitent ein Gehirn/ Geweihe/ crassitiem eorum, ubi rami majores extant, Stangen / minores ex his erumpentes Zincken: unde tenera

tandem Cornua minora **Morchkolben/ Morchi oder Kolben.** *Gesner. Schwenckfed.* &c. Aliàs quoque polita ac parata *ad varios Usus Artificum* industriâ foris adhibentur. Unde *Cardanus* l. 17. *de Artibus artificiosisque rebus* p. 593. & ex eo *Weckerus de Secretis* l. 7. c. 29. p. 250.; Est& Chymicæ artis opus, inquiunt, mollire Cornua, quod longâ coctione fit, addito præsertim Cineris modico in aquam. Contingit hoc non ante octavâ horam, postea parantur ex his capuli ac manubria Cultrorum, gladiorum pectines, **fürnemlich bey den Jägern an die Hirschfänger** / latrunculi. Ex Cornibus igitur arte mutatis in rectam figuram solidamque Substantiam, & *vasa alia* jucundi & grati Usûs fieri solent. *Card.* p. 594. *Usus mechanicus.*

Quomodo verò denigrentur, idem eodem loco scribit: manifestum videlicet est, quod aceto & aquâ ardente ac chalcanto cornua frigida vel molliter tepida denigrentur.

Pariter etiam Tornatorum solertiâ & alio modo elaborantur. Sed ad usum præstantiorem cumprimis Medicinalem.

Priusquam autem hoc Caput finiamus, pauca adhuc addere lubet de Qualitatibus sensilibus, Sapore, Odore ac Calore, è quibus postmodùm & reliquæ Qualitates

manifestiores, tàm primæ, quàm secundæ ex iis dependentes ac primarum proximæ pedissequæ cognoscuntur, Cl. *Schröd.* Ph. l. 1. c. 39. f. 90. & seq.

Sapor quid & unde. *Sapor*, (qui est Qualitas corporis mixti gustum afficiens à ⊖. secundùm Chymicos, vel succo terrestri cum humido aqueo prædominante permisto per calorem generata) *In Crudo* C. C. simplex & qs. dulcis videtur ob pingvem, quâ præditum est, Substantiam; hinc lenit, emollit & laxat magis: In *præparato* verò *& usto* magis adstrictorius ac salsus est ob terrestrem & salinam; quam habet, Naturam, unde magis siccat, obstruit, resolvit &c. de quibus Cap. seq. Conferantur *alteri Germani Hippocrates & Galenus*, Dn. Dan. *Sennertius* Tom. 1. Epit. Sc. n. l. 7. c. 5. fol. 110. & Tom. 3. de Consf. ac diss. c. 16. f. 809. Et Gr. *Horstius Tom.* 1. *Inst. Med. Disp.* 3. *Coron.* 2. *Exercit.* 7. f. 193. it. *Disp.* 20. *Coron.* 7. *Exerc.* 1. f. 380.

Odor quid & unde? *Odor* (qui est Qualitas corporis mixti odoratum efficiens à Sulphure vel commistione primarum sicci sapidi cum humido, dominante sicco & calido, proveniens) *in Crudo* ferè nullus est, nisi rancidus quodam modo ac molestus, *δυσώδης*: *in præparato verò & usto* magis Saporis, cum quo magna ipsi affinitas intercedit, qualitatem æmulans: Cl. *Schröd.* Ph. l. 1. c. 34.

Color deniq; (qui *Scaligero Exe.* 75. D. 7. p. 274. est qualitas realis; *Galeno* est qualitas corporis visibilis *de hist. phil.* f. 5. b. aut temperiei seu formæ Substantialis accidens prout. Cl. *Heurn.* explicat *in Meth. ad Prax.* l. 1. p. m. 73. vel qualitas visum afficiens, seu Naturâ suâ visibilis, à ☿io, cui ortum debet, aut à formâ constitutâ secundum mistorum rationem, uti describit *Scalig.* l. c. vel, juxta *Exerc.* 325. d. 4. & 5. p. 1031. & 1033. ex Elementorum Qualitate non calidâ, frigidâ, humidâ aut sicca; sed aliis qualitatibus nempe diaphano mixto cum opaco & lumine conflata, soliusvé perspicui condensatione sine alteriꝰ corporis admistione, quomodo stellæ videntur: vel ex commistione opaci cum perspicuo, quâ ratione à Philosopho definitur: Extremitas diaphani terminati scil. ab opaco *de sens.* & *sensil.* c. 3. vid. & *Sennert. Tom.* 1. f. 106. Gr. *Horstius* Tom. 1. f. 188. & seqq.) anniculis quidē in tenellis typhis, German. Hirschkolben dictis, rubens & sangvineus videtur: annosis verò in superficie extrinsecus conspicitur puniceus, aut ex fusco pallens & nigricans, juxta Cuspidem paulò albus: intrinsecus autem gryseus & partim ater, partim albus, vel mixtus &c.

Color quid & unde?

CAP. V.

De

Vsu C. C. Medicinali in Genere *quoad Facultates Medicas.*

Usus C.C. medicus in genere. Cornu Cervi, quamvis, prout superiùs dictum, excrementum videatur medullarum ac veluti ossium quædam productio; Certò certius tamen est illud, sicuti hactenus sæpiùs quoque memoratum, admirandis & ferè inenarrabilibus facultatibus à Naturâ dotatum, omniū hodiè simplicium in Praxi esse & utilissimum & usitatissimū. Adeò quidē Microcosmi gratiâ macrocosm9 tàm luculenter à conditore instruct9 est, ut, divinâ favente clementiâ, vel solô istô Medicamēto sive simplici, sive cum aliis mixto: si non pro cujusque voto sat citò semper, sat benè tamen, tutò ac jucundè, ut quæ in unâquâque felici curatione commendantur requisita, laborantibus subvenire queamus.

Cùm verò C.C. simplex quoque certâ sit virtute & actione præditum, quænam illius Qualitas, proprietas & operatio, hîc primitùs recensendum,

Qualitas 1. manifesta. *Qualitas* autem vel *manifesta* est, ac dicitur ratione affectationis, quia sensûs nostros afficit, seu ut Inclytus *Sennertus Tom.* 1. *Inst.* l. 5.

l. 5. p. 1. Sect. 1. c. 2. f. 618. fusiùs describit; quæ Qualitates, quæ sensu deprehenduntur, in patiente excitant, & quarum causa manifesta reddi potest; estque vel *prima*, quæ habet vim calefaciendi, refrigerandi, humectandi, siccandi: vel *secunda*, quæ Materiæ & Subjecti ratione emollire, indurare, condensare, rarefacere, attenuare, resolvere, incrassare, attrahere aut repellere potest: vel *tertia*, quæ, quatenus primarum & secundarum Qualitatum operationes ad peculiarem Materiam certasque corporis partes determinat, D. *Horst.* T. 1. f. 381. & 387. facultate pollet urinam movendi, ciendi & sistendi menses, vomitum concitandi, calculos frāgendi, necandi atque expellendi vermes & carnem generandi, de quibus omnibus ferè C. C. participare, ex sequentibus patebit: vel *Occulta*, quæ toto genere à manifestâ diversa est, neque primæ neque secundæ Qualitati adscribi potest, idque ex eo præprimis, quòd virtus occultæ Qualitatis longè sit major, quàm manifestæ, & latentem omninò substantiæ potentiam comitetur, adeò ut in minimo corpore maxima sæpè ejus efficacia deprehendatur; summaque sit impudentia, juxta Subtil. *Scaliger. Exerc.* 228. *Dist.* 8. p. 697. occultas Qualitates negare & ad manifestas omnia deducere velle:

Prima. *Secunda.* *Tertia.* *2. Occulta*

qui enim hoc tentant, rationes vel ineptas & ridiculas, vel nullas afferunt, vel ea quoque impugnant, quæ ratiocinatione & Experientiâ locupleti confirmata sunt. Idem *Sennert.* l. c.

Respectu 1. humoris 2. Partis, 3. Veneni. Est autem occulta Qualitas itidem trium generum: vel enim humorem certum peculiari facultate educit: vel cum membro aliquo peculiarem cognitionem habet, unde Cephalica, thoracica, pnevmonica aut Cardiaca &c. qui indagandi *modus Hermeticis receptus* est, *dum vel per externas, vel etiam per internas rerum signaturas operandi facultates rimantur*, nimirùm *convenientia signorum conjecturare facit convenientiam signati.* Nam de similibus idem Judicium, de quibus *Crollius* libro peculiari. *Joh. Bapt. Port.* in *Phytognom.* D. *Sennert. de Consens. & Diss.* D. *Horst.* l. c. f. 381. D. *Schröder.* p. 87. & alii: Vel venenis resistit, atque Bezoarticum & alexipharmacum audit.

C. C. mixta est natura. *Cornu Cervi* igitur quoad facultates ex utrâque *mixtæ est Natura*: *In manifestâ* ferè 1. Qualit. Medicamentum est (quia alterat & mutat, non verò ut alimentum auget & conservat) temperatum modicè refrigerans, siccans: 2. attenuans & detergens (quod maximè C. C. usto tribuit D. *Horstius* T. 1. f. 383. §. 11.) resolvens seu discutiens & in-

& incrassans: 3. diureticum seu urinam movens, menses sistens & lumbricos enecans: *In occultâ* verò *alexiterium est*, Cor ac Balsamum humanum plur. corroborans, venenoque resistens præcipuè pestifero, cujus malitiam in affectibus malignis obtundit, vitaleque robur validissimè confirmat, sicut toties laudatus refert *Horst*. f. 391.

Enimverò quemadmodum corpus nostrum præter temperamentum alias quoq; specificas vires & qualitates obtinet: Ita etiam hujus respectu non facultate saltem manifestâ, sed viribus magis occultis C.C.præditum est, quam ob causam quoque Medicamentum totâ substantiâ agens non immeritò statuitur, veluti nunc pluribus docebitur in subsequentibus.

CAP. VI.

De

Tempore Collectionis & Usu C. C. cùm alimentari, tùm Medicinali potissimùm in specie, usuq; ejus in forma decocti, potionis, gelatinæ ac pulveris.

IN frontispicio hîc probè notandum, quod secundum *Valer. Cord. annotat. in Dioscoridis* sagacissimi rei Botanicæ ac Medicæ Scrutatoris *de Medic. Mater.* l. 2. c. 50. fol.m. 471. plurimùm referat, quo tempore Cervis

Tempus colligendi C. C. optimum. Cornua dejiciantur, si iis in Medicinâ uti voluerimus. Maximè verò commendatur Cornu (*Jul. Solino*, ut suprà notatur *Sect.* 1. c. 2. *efficacius habetur dextrum*) collectum intra Festivitates Mariæ, i. e. inter 25. August. & 8. d. Septembris, circa diem Ægidii, **wenn der Hirsch in die Brunst tritt/oder schon eingetretten**/vid. D. *Joh. Joachim. Becher. Parnass. Medic. illustrat. part.* 1. *Zoolog.* n. 8. fol. 81. Quo scil. tempore Cervus calidus, vegetus & succulentus magis Veneris stimulô agitatus Spiritum genitalem cum ⊖e volatili in universum qs. corpus, & præcipuè Cornua diffundit. Unde quàm potens sit iste spiritus, ponderosa etiam ostendunt Cornua, Sale volat. & Ol. copioso abundantia, singulisque annis postqvam decidêre, denuò in tantam molem excrescentia. Atque hoc quoque est, quod vigilantissimus rei herbariæ Indagator, *Matthiolus* aliique Botanici radices vel plantas in usum Medicum trahendas veris potissimùm tempore colligendas censent, hâc ratione ducti, qvòd tunc succulentæ planè sint, ac, ut ita dicam, qs. utero gerentes, nec dùm ipsarum vigor in flores, folia, caules aut fructus abierit. Quanquam non negandum, ramosas has Cervi extremitates etiam alio tempore repertas Spiritu, Oleo & ⊖e vol. esse impraegnatas.

Cur & unde Cervorum Cornua annuatim renascantur? Diversa causa vid. ap. Ælian. l. 12. c. 18. p. 711. & seq. hîc Sect. 1. c. 2.

gnatas.

gnatas, verùm non æquè cum iis Cornibus, quæ à Naturâ præfinito tempore periodicæ ipsius turgescentiæ circiter Ægidii Festum, utpote quo vigere constat, sunt ablata, qvod ipsum tamen magis spontè deciduis, quàm vi & in tempore abscissis convenire creditur à *Crügnero* im Chymischen Früling/p. 298. Conf. Exc. D. *Mœb. Dissertat. Inaugur. de Nat. Cerv.* p. 17. D. *Schröd. Ph. Med. Chym.* l. 1. c. 2. 3. p. 55. & seq.

Quoad vires autem *medicas*, quid de admirabili, stupendâ & qs. divinâ, pretiosissima atque per totum Orbem nunc decantatissima C.C. Medicinâ dicam? *Virtus Medica.*

In genere Cl. *Horstius Tom. 3. Cent. Probl.* Ιατροφυσικῶν *Dec.* 1. *de febr.* quæst. 4. f. 5. ejus virtutes ita deprædicat: Præter illas operationes, quæ maximè ratione virtutis exsiccantis proveniunt, aliàs longè nobiliores C.C. obtinet, quoad effectum nulli hodiè incognitas; nimirùm quòd insigniter viscositatem humorum incidat, internas viscerum obstructiones aperiat & vi suâ penetrandi putrescentibus humoribus resistat, adeoque Balsamicâ quâdam virtute malignitatem humorum corrigat, &c. *Vires.*

Cl. *Schröderus in Ph. Med. Ch.* l. 5. c. 1. de anim. f. m. 281. famigeratissimas illius vires his verbis describit: Cornu crudum resistit

putredini, malignitatem corrigit, sudorem ciet, Balsamum humanum corroborat. Hinc usus ejus proficuus in variolis, morbillis, febribus putridis ac malignis, aliisque morbis, ubi sudore opus est.

Subscribit huic sententiæ nobilissimus *Crato in Consiliis* l. 4. *Consil.* 21. *numer.* 240. dùm inquit: Ego & experientiâ multiplici & ratione adductus sum, rasuram C.C. optimi ligatam in petiâ, & impositam potui certum habeo, & urinam pro vocare, & corpora, modò ad id proclivia sint, facilè ad sudorem disponere, si præsertim manè in lecto se contineant ac membra foveant. Idem repetit *in Epist.* 150. ubi ait: Profectò, quantum ego longâ observatione & usu didici, nihil sudoriferis Medicamentis ex usu continuo limaturæ C. C. in potu infusæ (arthriticis) convenientius inveni.

Duo Medicinæ fulcra, Experientia & Ratio.

Hercules Saxonias l. *de Plic.* c. 59. dùm Unicornu vires celebrat, hæc subjicit: „Quod si quispiam hoc (Unicornu) careat, „Cervinum Cornu substituat, quod profectò „ego non minùs efficax existimo, quàm „quodvis aliud, propter insignem, quam „habet, vim sudoriferam.

Unde sudorifera & diuretica virtus.

Quomodo verò C.C. sudoriferâ & diureticâ Virtute polleat, ut tàm benigniter sudorem ac Urinam eliciat, cùm tamen, uti cap. 5. & 6.

& 6. adductum, substantiæ sit terrestris ac Qualitatis refrigerantis, incrassantis, dispiciendum?

Notum autem est, quòd inter ἱδρωτικά, à nonnullis etiam διαφορητικά dicta, h.e. sudorem provocantia ac discutientia, & διουρητικά seu urinam cientia Medicamenta *quædam propriè singulari Virtute fusoriâ prædita* sint, quâ facilè ad venas penetrent, atque in iis humores fundant, attenuent, incîdant, crassumque à tenui separent, pellant, idque ut præstare possint, tenuissimæ oportet esse substantiæ ac compagis, quæ ad aëream quasi Naturam abeant, Cl. *Heurn. Meth. ad Prax.* l. 2. c. 16. p. m. 331. atque calidiora ad tertium existant inter se ferè cognata (nisi quòd sudorificum potentius sit diuretico) cujus generis à Cl. *Sennert. Tom.* 1. l. 5. *Instit. part.* 1. *Sect.* 1. c. 13. & 14. f. 641. & sequenti recensentur; rad. pimpinell. fœnic. apii, Pertroselini, herbæ Scord. Card. ben. capill. ♀ Sem. & Sal. fœnic, Juniper. & alia ex ♉ & ♀o Medicamenta &c. *Quædam* verò *minus propriè & non exactè talia Medicamenta*, quæ non ita calida sunt, ut priora, sed potiùs ob λεπτομέρειαν ac tenuitatem substantiæ id præstant, quàm ob calorem, qualia juxta Dn. *Heurn.* l. c. & cap. 18. p. 354. sunt decoct. rad. petasitid. pulv. ceterach. cum Dictamno aq. calidâ

lidâ Thermarum: *quædam* denique *sunt mixtæ Naturæ* frigida quoque & adstringentia, quæ simul occultâ Qualitate, quâ venenis resistunt, malignos humores ad ambitum Corporis pellunt atque ejiciunt, ac Officium faciunt: è quorum numero hîc etiam judicandum Cornu nostrum Cervinum, quod, etsi non Substantiæ ratione, tamen respectu ⊖is, quo abundare illud anteà dictum, & abditâ Naturæ proprietate istud efficit. Conf. prælaudat. D. *Sennert. de Consens.* D. *Horst.* T. 3. c. l. f. 7. 8. & alios.

Cornibus inest vis quædam salutaris.

In Specie autem C. C. *crudum* à Pragmaticis utiliter adhibetur internè & externè. Si enim, uti quidam volunt, omnibus, etiam boum (*Ælianus* maximè Equorum & Asinorum Indiæ Cornibus tribuit l. 3. *de animal.* c. 41. p. 177.) vis adsit quædam salutaris; ideò namque ex Cornibus, inquit D. *Primerosius* l. 4. *de Vulg. error.* c. 38. p. m. 462. bibebant Veteres, unde derivatum Nomen κεράσαι, κερᾶσαι; Cur facultas eadem C. C. adimatur?

Internè

Internus Usus Culinaris.

1. *Quoad usum Culinarem:* è tenellis & adhuc lanuginosis Cornibus insigne paratur edulium, Magnatibus sæpenumerò & deliciosis Hominibus oppidò voluptuosum: Aliàs tamen ad venenatos Corporis Affectûs & febres

febres malignas Medicamentum plurimùm est excellens, ita ut magnorum Medicorum testimoniô C. C. plùs contra venena, malignasque febres valeat, quàm aut Unicornu aut lapis Bezoar. vid. Cl. *Deodat. in Panth. Hygiast.* l. 1. c. 33. f. m. 340. & seq.

2. *Quoad Usum Medicum*, vel *in formâ potionis & decocti, vel in formâ Gelatinæ ac pulveris* per se & cum aliis ordinatur, *in febribus putridis*. Hinc Exc. Dn. *Beckherus*, Præceptor meus etiam post mortem jugiter celebrandus, in Mss. *Pyrologiæ.* s. *Doctrin. de febribus, præcipuè putridâ continente, cap. 5. Aph.* 21. f. m. 105. his verbis commendat: *Usus Medicus in specie.*
„ Venæsectione præmissâ Medicus ad alterantia ilicò deveniat, quæ talia sint, ut Calorem temperent, putredini resistant ac Spiritûs vitales recreent. Unde maximè prodest decoctum C.C. raspati aut citri cum passulis, quibus & Elixir Citri admiscetur. It. *Aph.* 24. f. m. 108. Coctione præsente Naturæ motus attendatur, quodsi perfectè agit corroborantibus tantùm insistamus: Sin imperfectè, Conamen ejus juvetur vel sudoriferis vel remediis per urinam promoventibus. Utraque talia sint, quæ simul Calorem intensissimum aliquatenus restingvunt, aut certè eundem non augent, ut decoct. C. C. acetos. Citr. &c.

Modus

Decoctum C.C. ejusq; parandi modus.

Modus autem *parandi decoctum* C. C. videre est apud nominatissimum *Sennertum* Tom. *1.* f.m. *778.* & *Schröder Ph.* l. 2. c. 49. f. 174. & cap. *62.* f. 226. Commodissimus tamen habetur, juxta *Sennert. Epit. Instit.* p.m. *625.* ne vis Medicamenti Coctione evanescat, in Diplomate seu Vase duplici, ut nuncupant, Vase clauso qualicunque etiam (D. *Schrödero* placet in æneo stanno obducto) in Cacabum aquâ calente plenum seu B. M. imposito Coctionem instituere: aut si apertô ignê Coctio perficiatur, cœcum alembicum, Vasi, in quo Coctio fiat, imponere; aut, si rostratus sit, vas recipiens adaptare, liquoremque exceptum decôctô Colatô admiscere.

In febribus malignis quoque, justâ evacuatione præmissâ, cum magno successu & audacter C.C. præberi potest; idque propterea, quòd illud ipsum ratione copiosi sui Salis atque Balsami interni putridis ac malignis humoribus resistat, verumque Naturæ Balsamum omnis operationis vitalis Autorem confortet, ut Hosti suo repugnare & malignitatem eò meliùs superare queat. Unde Cl. D. *Scholtz in Epist. Medicin.* de viribus ejus ita quoque sentit: Esse in illo singularem facultatem cogendique in unum locum malignitatem, impressam humoribus:

Ita-

Itaque ut Camphora repurgat Spiritûs & serosum humorem ; sic etiam C. C. (ut & bolus arm.) in unum cogit malignitatem, atque Naturam ad expulsionem adjuvat. Pro illustratione Exemplum vel similitudinem adfert de Cerevisiâ, eâ licet maximè sit turbida & corrupta, tamen si injiciatur *Creta*, fit pura & saporem meliorem acquirit, atq; omnis illa impuritas à Cretâ quasi ad se pertrahitur. Cujus rei hodiè Braxatores &c. periculum facere solent; ubi Experientia plùs satis pro his loquitur.

Ita & *Sennert*. T. 2. l.4. c.11. f.189. Commodè, inquit, præbetur decoctum C.C. cum Spiritu ⊕, eâ quantitate, quæ ad gratam aciditatem sufficit, cui etiam Julepi Rosar. vel violar. aliquid admisceri potest: Sitim enim sedat, obstructiones aperit, putredinem arcet, malignitati resistit. Neque enim, dicit, cum iis sentio, qui C.C. decoctum non plus virium habere putant, quàm aquam, in quo lateres igniti extincti sint: plurimorum enim Doctissimorum Medicorum observatione deprehensum est, vim insignem in C. C. etiam usto inesse, ut hanc negare summæ sit pertinaciæ: Si lubet, vide sis etiam tractatul. meum *de febr. malign. Epidem.* p.14. It. *de variol. & morbill.* p. 12. Hinc idem Cl. Dn. *Sennert.*

Sennert. Tom.1. Instit. l. 5. part. 3. Sect. 3. c. 2. f.779. sequens præscribit C. C. decoctum:

℞. C.C. raſ. ℨiij
præpt. ℨij.
Aq.font. ℔ijß.
Coq. ad ℥t.
add.
rad. Scorzon. ℨß.
Sem. & Cort. Citri ā ℨiß.
Santab. Citr. ℈j.
affund. Aquæ Scord. ℥v.
ebull. ſemel atque iter.
Col. add.
Syr. limon. ℨiß.
Succ. ejusd. ℥ß.
M.

Ita quoque *Tom.* 2.l.4.Pr.c.33. f. 189. ex C.C. cum aliis *ſpecificam aquam contra febr. malign.* hanc deſcribit ubivis hodiè in Officinis obviam, feliciterque frequentisſimè adhibitam:

Aqua contra malignitatem Sennerti.

℞. Suc.Citr. acetoſ. endiv.
Galeg. taraxac.Borra. ā ℔iß.
Card. ben. Card. mar.
Scord. ſcabioſ.Roſar. provinc. ā ℔j.
Pomor.Citr. cum Cortic. & Seminib.
Conciſor. n. VI.
raſur. C.C.crud. ℔ß.

Stent

Stent in Infusione hor. 24. posteà destillentur.

F. aqua contra febr. malign.

Vel ut Clarr. *Medici Berolinenses* ordinarunt sub nomine *Aquæ Cordial. Citriæ:* *Berolinensium.*

℞. pom. Citr. c. t. x.
Succ. Citr.
ros.
acetos.
Pimpinell.
Melis.
Galeg.
Endiv.
Borrag.
Card. ben.
Scord.
Veron. à ℔iß.
ras. C. C. crud. ℔ß.
F. infus. 24. hor.
pòst destill. è MB.

In variolis, morbillis atq; febribus petechialibus: Rasuræ decoctum seu succus pellucidus, lentus glutinosusque, qui *Gelatina* appellatur, mirificè conveniens censetur à Cl. Dn. *Horstio* & aliis, præsertim verò Dn. *D. Mœbio in Lection. publ. supr. Sennert. Epit.* l. 5. *part.* 3. *Sect.* 3. c. 2. p. 43. 47. & seq. unde præter Gelatinam C. C. vel per se, vel cum succ.

rib. an. ℔j ß. paratam, hoc magnifacit *decoctum sudoriferum:*

℞. Aq. fl. Sambuc.
Card. ben. à ℥iij. ad vj.
raſ. C. C.
C. alc. à ℥j.
Coq. in vaſ. clauſ.
Colat. add.
mixt. ſ. ver. ℈ß. vel ʒß. ac detur pro
4. vel plur. doſ. ratione ſc. ægrot.

In peſtilentialibus etiam Cardiacum & alexipharmacum jure habetur. Hinc Cl. *Ruland.* de *lue Ungar. Epiſt. ad D. Holleng.* p. m. 722. ſcribit: Utuntur quidam (cum decocto) ramentis C.C. oſſe de Cord. C. ut quæ totius Subſtantiæ ſimilitudine Cor roborare valeant & à Corruptione venenoque tueri: Et paulò poſt: Primi Cornu Cervini partus venenis ac peſtilentiæ non minùs, quàm Unicornu obſiſtere creduntur. Non diſſentit ab eo *Deodatus in Panth. Hygiaſt.* l. 1. c. 12. f. 115. quando ſcribit: Sic extremis Cornuum Cervi Cuſpidibus in venenatarum & peſtilentialiū febrium Curationibus feliciori ſæpè ſucceſſu utimur, quàm vulgò decantatô illo Unicornu: Et *Andernacus*, dum præſervare ait à peſte pulverem C. C. ſæpè aſſumtum; Immò potum continuum, in quo ſit C.C. plus auxilii in peſte, quàm alia omnia,

Me-

Medicamenta afferre. Quod idem vult nobilissimus Joh. *Crato à Kraftheim*, qui *in Epist. Medic.* 11. p. m. 221. edit. Dn. *Scholtz.* scribit: Crede mihi, potus continuus, in quo sit C. C. plus auxilii, quàm omnia alia medicamenta, affert.

Eminentissimus *Sennertus Tom. 2.* l. 4. c. 6. f. 175. inter alia hoc simul ordinat:

℞. Decoct. CC. crud. & ust. in aq. conveniente Vase clausô
cocti ℔ij.
Suc. Citr. ℥iij.
rib. vel berber. ℥ij.
Juleb. rос. ℥iß.
M.

Cl. D. *Schröter*, Profess. olim Jenens. contra pestem Anno 1566. inter alia ex eo hanc Compositionem reliquit:

℞. Spec. Cord. ʒij.
C. C. ras. j. t. c. ʒj.
Myrrh. rubr.
Sem. Santon. à ʒß.
F. pul. subtil.
Detur in aceto vini calid. &c.

Præ omnibus verò Cl. *Zwelfferus in Pharm. Aug. animadvers.* f. m. 463. singularia *Bezoartica Cervina alexipharmaca* præscribit, quæ pro sudore excitando tempore infectionis aut grassantibus febribus malignis plu-

tis æstimat, quàm cætera remedia, quorum formulam hîc apponere non pigeat:

Pulvis Bezoardicus Zwelff.

℞. C.C. seu pulver. ex typhis Cervin. præscriptô ab ipso mod. parat. ℔ß.
Cui add:
⊖is viperin. vel theriacal. ejusd. ℥iij.
Ol. St. Cort. Citr. recent. rut. à ʒiß.
M.F. pulv. Bezoardicus præstantissimus; cujus dosis

à ℈j ad ʒß & ʒj in vehiculo convenienti. plur: vid. c. l. item in *Appendice ad Ph. Reg. Class.* 14. f. 30. Aliàs ad febres malignas & pestilentiales Cl. *Agricola* de Sol. peculiari modo per C.C. crudum etiam ☉ Cementationem instituit, quod maximæ quoque in pestilentialibus ac Cordialibus est efficaciæ, propterea quòd in C.C. latitat ⊖ vol. Hinc & omnia volatilia inservire possunt ad Cementationem. Modus autem hîc est:

☉ calcinat. Cementat. cum C. C. crudo.

℞. ☉ laminat. & C. C. in similes laminas redactum. F. S.S.S. collocetúrque clausâ lutatâque pyxide (cujus fundum arenâ vel alum. plumosô tegere; ac stratum eodem claudere docet Johan. *Agricol. de Sol.*) in △ Calcinationis gradualem, tandemque horis 4. auge △m. ut pyxis incandescat; hinc exime, atque itera Calcinationem novo adhibito C.C. donec ☉ reddatur friabile

(fit

(fit vice tertiâ.) Tandem ☉ hunc calcinatum denuò cum C. C. ufto tere ac reverbera △ mediocri,ut Colorem acquirat laterum. Sic optimum habebis Solis pulverem. Vid. & *Schr.Ph* l.3. c.9. f.m.365. J.V. *Finck.Enchir. Dogmatico-Herm.* c.18.p.109. & ex eo *Anthorin Aurilog.* c. 8.

In Inflammatione Cerebri ac Phrenitide multùm confert,præcipuè, ubi non neglectis aliis cum rad. acetof. Julep. rof. & Spir. 🜍 fuerit paratum.

In Catarrhis infuper multorum Experientiâ non exiguas habet vires. Hinc Cl. *Deodatus in Panth. Hyg.* l.1.c.12. f.115.vel folùm fimplex C.C. decoctum ait in fiftendis tenuioribus Capitis deftillationibus, in fuffocativis Catarrhis mitigandis ac exficcandis, podagricarum affectionum fontibus, magno ufurpari Medicorum emolumento.

In Epilepfiâ cum Sp. C. C. pulvere ejusd. ufti vel phil. præparati, Sale & aliis appropriatis remediis fæpenumerò præfentiffimum eft Auxilium. Unde Cl. *Zwelffer. in animadv.fup. Ph.* A.f.464. & feq. *antepilepticum Cervinum* præ cæteris quoque tale commendat:

℞. Pulv. Cervin. fimpl. ex typho fecundùm modum ab ipfo edoct. parat. ℥vi. *Pulv.Antepilept.Cerv.*

℥vi ⊖ vol. C.C. juxta modum ⊖is viper. vol. ab eod. præscript. ℥iß.
Sacch. Cand. alb. pulverisat. ℥ij.
Ol. St. Coriandri.
Majoran.
Lavendul. ā ʒj.
M. F. pulv. Antepilepticus. Custodiatur in vitro Cerâ optimè obturato, cujus Dosis à ℈j. ad ℈ij. Plura qui desiderat, Autorem c. Levolvat.

In Plevritide. Cl. D. A. *Hildebrand*. Medicus Reip. Stetinensis meritissimus, in Epistolâ quâdam ad Magnificum D. *Horstium*. Tom. 2. l. 4. *de Morb. insim. ventr*. f. 230. vel solâ decoctione istâ ex crudo Cornu raspato in Plevritide contagiosâ se multos curasse testatur. quod etiam Gedani se fecisse Exc. D. *Joach. Olhafius*, Ampliss. istius Reip. Medicus Ordinarius scripsit.

Ego decocto rasuræ ejusd. atque flor. & fruct. Aug. præprimis etiam fl. papav. rhæad mixti. cum aq. Card. mar. Syr. papav. ocul. 🜍 C. C. præp. & Tinct. papav. rhæad. laborantibus sæpè feliciter quoque adhibui. Non solùm enim impetum humoris tenuis affluentis refrenat, ardoremque & ebullitionem sangvinis compescit; verùm etiam acu-

ta

tæ febri ac dolori medetur, propter vim np. humores alterandi & discutiendi, atque occultam illam humoris vitiosi qualitatem corrigendi, expugnandi. Commodissimè tamen præmissô minorativô initiò datur, ut scil. malignum illud, quod Naturam stimulat, & istius fluxionis Causa est, eò meliùs posteà à Centro ad Circumferentiam expellatur, dissipetur.

Chymici etiam sudorifera sua admiscere solent, ut ♁ diaphor. & Bezoart. min. aut Sp. ♀ comp. quo deinceps prospero successu in Plevritide utuntur.

In Intemperie calidâ Ventriculi, Hepatis atque aliorum viscerum decoctum vel mucilago aut Gelatina C. C. cum suc. Citr. vel rib. parat. præsertim primâ Mensâ aut ventriculô vacuô si sumatur, patientibus optatum est & sine nauseâ remedium.

De *Gelatina* autem s. Galredâ (quæ succus est inspissatus, viscosus, lucidus,) notandum, quòd non absque cautione præparanda veniat, ut ne ⊖ (Armoniacus) vol. efficax evaporet, reliquaque glutinosa tantùm Substantia maneat. Hinc Fr. *Ranchinus Tract. de morb. Sen. Sect.* 3. talem modum proponit: *Gelatina quomodo paranda? modus 1.*

℞. rasur. *C.C.* ℥iv coq. in ℔ iv aq. font. vel in æquali portione aq. & vin. alb. ad medias deinde colentur;

In Colat: dissolv. Sacch. opt. ℔ß agitentur simul cum paucâ aq. ros. vel cum suc. Limon. dein coquantur ad medietatem, postremò colentur & refrigerentur. Quidam addunt ambr. gryſ. infusæ ʒj; alii dissolvunt gr iij vel iv. Moschi, &, ut clarior evadat Gelatina ejusmodi, paria tria amygd. d. contusarum addunt ante Colaturam in manicam. Hanc senibus (viris potissimum) inter τὰ ῥωστικὰ convenire statuit prædictus Autor, quæ commodior adhuc erit seq. modo parata:

2. ℞. C. C. torno comminuti ℔ß decoquatur lentô igne (ubi primò per 7. vel 8. hor. super cineribus calidis in duplici vase fuit infusum) in ℔ iv. aq. cum Capone & poplite vituli, addendo sub finem vini, adde ℔j suc. Limon. ℥iij bulliant, iterùm colentur, exprimantur, clarificentur cum album. ovor. posteà add. Sacch. Cinam. Croc. & F. Gelatina. D. *Horst.* in *Cent. Problem. therap. Dec.* 1. *de febr. quæst.* 4. f. 8.

Alium Gelatinæ modum Parisiis usitatum Celeberrimus *Phosphorus* noster Dn. D. *Sachs* pro benignitate suâ mihi ita per Litteras Vratislaviæ scriptas communicavit:

3. ℞. Scob. C. C. ℥vj bulliat igne luminoso Carbon. in 4. ℔ aq. donec decoct. colat. & fortiter expressæ per linteum rema-

remaneat ℔j, quam relinque sub dio, ut coaguletur, dein repone in Cacabo cum ℥ij Sacch. fin. cum album. ovi n.1. optimè conquassati, & cum testâ & succo duorum limon. & ℥ij. suc. granat. acidi, simul omnia misceantur super △. interim aliud albumen ovi cum testâ optimè conquassati ponatur in manica Hipp. & quando liquor incipiet ebullire & spumam elevare remove ab igne, & calidum immitte in manicam Hipp. trajiciendo ter aut quater primas colaturas, quæ quoquo pactô turbidæ excolantur, donec limpidi appareant, quæ dein brevi tempore sub dio lucidissimo coagulentur.

D. *Joh. Dom.* Sal. Prof. Patavienſ. hunc conficiendi modum tradit: ℞. Raſ. C. C. ℥iß aq. borrag. acetoſ. à ℥vij fl. amaranth. ℥iij suc. citr. ʒij. Cinam. ʒj. infund. in vaſ. vitr. in MB. per 24. hor. ebull. ad consumt. tertiæ, facta colat. & clarific. add. Sacch. finiſs. ℥iß mosch. gß irriga cum pauco aceto malvatici. 4.

Alia ita fit: ℞. Rasur. C. C. q. v. inde vitro, affund. aceto alex. opt. q. s. pone in locum calid. per aliquot hor. donec acet. Gelatinam extrahat, pòst filtra & in frigidum pone. Vel, 5.

6. ℞. raſ. C.C. ℥xviij.
Acet. vin. ℔vj. torn. fol. ℥iß
Fl. Roſ. rub. ʒß ſtent in B. per dies 8.
deinde colatura inſpiſſetur. D. *Rheſ.*

7. D. *Grauelius* Gelatinam parat coctione limaturæ in aq. ſ. cordiali & ✠ deſtill. Spir. ⊕ exaltatô: Filtretur, concreſcat in frigido, doſ. cochl. dimid. in aq. appropr. Diaphoreticum eſt *in febribus* cumprimis *malignis* eximium: Sicut & ejusd. *reſina, ex Gelatinâ* ſc. C.C. inſpiſſata, lentoque calore exſiccata, felici cum ſucceſſu in febribus malignis & Epilepſiâ puerorum exhibetur, id quod olim Exc. Dn. *Ruperto Sultzbergero*, Sereniſs. *Elect. Sax.* Archiatro primario, in arcanis erat, hodiè verò *Schvinfarti*, ut Ampliſs. Dnn. *Bauſch & D. Fehr* ſcribunt, in frequenti eſt uſu.

8. *Rubra.* Aliàs Gelatinæ etiam ſucco berberrorum addi poteſt, tunc in formâ ligneâ ſi fundatur, tranſparebit inſtar rubini; de qua ita Exc. *D. Fehr*: Gelatina è raſ. C. C. limato cum aq. ſcorzon. & ſuccô citri confit jucundiſſima eô modô, quô vulgaris, & ſi quidpiam Santali rubri, aut fol. roſ. addantur, vel ſuccus berberorum citri ſucco ſubſtituatur, ſanguineum colorem induit. *tractat. de Scorzon.* c. 6. p. 48.

Quod ſi Digeſtio fieret cum ſuc. citr. limon.

mon. &c. res fortè non esset de nihilo. Præcell. D. D. *Christoph. Majus* Seren. ac Potentiss. *Elect. Brandenb.* Archiat. Celeberr. νῦν ἐν ἁγίοις, ex C. C. (quod in cordis affectibus ac febribus malignis ob venarum ἀναλογίαν magnifaciebat, sicut Cranium Cervi in affectibus potissimùm capitis ob ἰδιοσυγκρασίαν) Gelatinam seu Galredam ita parabat:

℞. Ras. C. C. ℥iv
Aq. Card. ben.
acetos. à ℥viij
Suc. Citr. rec. ℥ij
stent loco calido per ♂ρ. pòst
coq. in Diplom. ad med.

Cola citra express. in Col. dissolv. Sacch. cand. alb. ℥iv, inspissa leniter & serva in vitro mundo, ex benevol. Communicat. Cl. D. *Wittig.* Fautoris & Amici honoratissimi.

Gelatina composita etiam fit, si Magist. part 1. Gelatin. part. 2. misc. & inspissetur.

Pretiosior est Gelatinæ Extractio cum Spir. lign. Sanct. Juniperin. vel eben. fitque Medicamentum longè potentiùs operationem perficiens vid. & Excell. D. *Mæb.* c. l. f. 20. *Gelatina Extractio*

Utplurimùm verò ipsum C. C. crudum minutim ac subtiliter raspatum ramentum, ῥίνημα, Germ. geschabet/ oder geraspet/

Hirsch/

Hirschhorn. In substantiâ, vel ipsis etiam infantibus contra vermes, febres & alios affectus non sine fructu exhibetur formâ nimirùm pulveris, qui in virtutibus suis maximè exaltari potest, si ex specificis aliis junctis, cumprimis verò adversus malignitatem ex typhis Cervinis modò à Cl. *Zwelffero* in *animadverſ. ſuper Ph.* A. f. 463. præscripto paretur.

Lap. Bez. è C. C. Sub finem hîc & notare convenit *Lapid. Bez. è C. C.* qui ad prædictos usus & alios celebriores ab incomparabili Dn. *Sachs*, ita præparatur. ℞. C. C. (f. ramos bifidos à Cervo in Montibus projectos & repertos) aquarum fontiumque eluvie erutum & metallicis halitibus digestum, eliciatur ♀ ⊖. ☿ & longâ digestione in Vase clauso Hermetico ☉ ejusque in Leone radios imitante vaporario uniantur.

Uſus externus. Denique & *externè Uſus* ejus à *Dioſcoride* contra Serpentes annotatur ab *Ariſtotele* l. 4. *Hiſt.* c. 8. p. 915. c. *contra* plurimam *Inſectorum partem* commendatur, quippè quòd suffiti nidore (aut solâ etiam portatione, quod Aurigis in Equis vulgare est) fugentur: à *Plinio* item *ad Comitiales morbos* laudatur, (quanquam suffumigiô ex cornu C. Epilepticos illicò cadere, atque hinc Epilepsiam simulatam detegi tradit P. *Zacch. quaſt. Medico-*

dico-Legal. Tom. 1. l. 3. Tit. 2. quæst. 10. f. m. 260. n. 5.) ut & *ad dolores dentium* ab Agricolâ, si limaturæ decocto calido os frequenter colluatur aut foveatur: *de Cerv. part.* 1. c. 4. f. 96. & seq. à *Zobelio* verò ex eo quoque aq. *antipodagrica* cum ☿ & Urina pueri per retort. destillatur; quam cum linteis, pro extractione Salinorum & ☿eorum acrium Spirituum applicat & dolorem sedari hoc topico affirmat. Vid. Nobiliss. D. *Sachs à* Lewenheimb *Ampelograph. Sect.* 9. c. 2. p. 594. quod feliciùs ac tutiùs fieri existimo, si non neglectis aliis intùs adhibendis decoctum aut rasura C.C. in potu infusâ simul assumatur, quâ scil. nihil in Podagrâ convenientius esse celebratissimus *Crato* suo ipsi9 Exemplo comprobavit. Conf. Exc. D. *Mæb.* l. c. f. 16.

Sic in *Procidentia Ani* à quibusdam feliciter usurpatur pulveratâ scil. rasurâ C. C. eoque intestino priùs reposito convenienter asperso.

Porrò quoque aceto incoctum vel tritum *porrigini & impetiginibus* & quibusdam inungitur: Hodiè tamen non tàm frequens est. Sed parcior ejus usus, quàm reliquorum inde paratorum, de quibus nunc in sequentibus plur.

CAP. VII.

De

C. C. Phil. præparato & usto, & quodnam ex omnibus præstantius?

HIs præmissis, antequam ad usum C. C. Philosophicè præparati & usti deveniam, quæstio videtur enodanda: Quale C. C. ex omnibus præstantius: num scilic. crudum potius Cornu Cervinum raspatum & levigatum, quàm Philosophicè præparatum aut ustum usurpandum?

Quale C. C. præstantius?

Communis quidem Medicorum Usus obtinet, ut convenientius *calcinatum* & *præparatum*, quàm Crudum, ordinetur C. C. cùm nimirùm hoc propinatum frequenter eôdem modô, uti fuit ebibitum, per alvum sine omni alteratione rejiciatur.

Quidam Calcinatũ præferunt

Ratio.

Rationem Cl. *Horstius* ex *Quercetano* in tetrad. c. 18. hanc adferre videtur, quòd spirituosa substantia omnis actionis causa per feculentam Materiam colligata impediatur, quò minùs virtutes suas exserere possit; ita, ut in crudo vis illa qs. sepulta jaceat: Imò Sal etiam Balsami sui vires exercere nequeat, nisi terrestribus suis vinculis expeditum fuerit. Unde *Dioscorides* primò (à Dn. *Wittich.* & *Crauel.*) ejꝰ calcinationem tradidisse per-

perhibetur l. 2. c. 50. f. m. 107. procul dubio, quia heterogeneas ac crudiores partes per eandem maturari, resolvi & qs. exaltari opinatus fuerit.

Modus parandi. Calcinare verò ac parare solent: Illud scil. vasi figulino imponendo, deinde in fornace ad albedinem aperto igne ustum & posteà pulverisatum in lapide porphyrite minutissimè aq. ros. vel aliâ aspersâ terendo, atque in placentulas formando, ut qui modus & hodiè Pharmacopæis vulgaris est.

Joh. *Agricola* Medicus Ambergensis Cl. in ustione C.C. curiosè mandat, ut olla, in quâ comburendum, priusquam igni committatur, diligenter cooperiatur, & luto, ne vires Vulcani violentiâ avolent, muniatur. Unde jam dudum *Dioscoridis* tempore, uti l. c. l. 2. *de Medicinali Materiâ* c. 50. scribit, CerviCornu contusum crudo fictili luto circumlito & in furnum indito urebatur, donec albesceret, à quo deinceps varius ejus erat Usus.

Quidam Ph. præparant. Nonnulli *C. C. Phil. præparatum* per vaporem sc. aquæ ferventis absque ustione calcinatum extollunt, quod vulgò juxta descriptionem Pharmacop. Aug. f. m. 462. ita parant;

℞.

Modus parandi. ℞. *C.C.* in majora frusta sectum, quantum placet, suspendatur; in Collo vesicæ aut Cucurbitæ, in quâ aqua destillanda est, aqua tantisper bulliat; aliam fervidam sæpiùs affundendo, donec ad albedinem calcinatum sit, & ubi secatur, fragile ac friabile ferè redditum.

Vel: ℞. Cornuum extrema, expone vapori fervido per hor. 8. purga, sicca, pl/a. Quidam decoquunt Apices *C.C.* in aq. fl. til. Cerasor. ros. aut acetos. in Cucurbitâ supposito alembico Cœco, donec mollescant.

Aut ℞: apices vel orbicul. Corn. dissector. supra reticulum vel in alembico disponantur, quo facto vapore aquarum Cordial. dum destillantur, ita mollescunt ut friabiles reddantur.

Cl. *Schröderus in Pharmac. suâ* l. 2. c. 43. f. m. 163. vaporosæ Calcinationis hunc modum præscribit:

℞. *C.C.* q. v. suspendatur ponaturvé in Capitello, partevé superiore vesicæ: quæ aliquotâ liquoris (appropriati) portione adimpleta sit: hinc subtus accenditur ignis, ut vapor vi Caloris elevatus Cornu penetrando friabile paulatim candidumque reddat, id quod ferè in ♂ tres perficitur, recentem subinde, ne qua penitùs exhalet; affundendo liquorem.

Simi-

Similem ferè præscribit Magnificus D. *Horst.* in *Cent. Probl.* l. ante c. f. 9.

Nobilissimus à Mynsicht in armamentar. Medico-Chym. Sect. 4. p. m. 93. aliam fumigatoriam Calcinationem (quicquid enim ita calcinatur, non immeritò per fumigationem seu potiùs vaporationem calcinatum scribit dici) tradit, quo modo *C. C.* præparatum vi suâ diaphoreticâ Unicornu æquiparandum censet.

Aliàs *C. C.* crudi optima hæc est ἐγχείρησις:

℞. *C. C.* j. t. c. frusta vel turiones, illasque coque aquâ Communi, aut, quod citiùs rem expediet, lixivio forti (vel ⊖ Card. ben.) quatuor vel 5. horarum spatio, donec exterior nigredo emollita abradi, medullaque cultello commodè educi possit: Tùm, si lixivio cocti fuerint, iterum aquâ fontanâ, vel aliâ, ad eluendam salsedinem à lixivio relictam coque, quoad manui friabiles reddantur: Hinc moderatò Solis vel Hypocausti Calore exsiccatos, inque bociâ contra bociam restiones ulteriùs Spiritûs theriacalis, vel alterius aquæ Bezoarticæ vapore fove, & accipies Medicamentum aspectu jucundissimum, odore gratissimum, usu & effectu præstantissimum, in quo non tantùm ⊖ fixum, sed & Spiritus ac ⊖ vol. amicâ quâdam Conspiratione adhuc unitâ, ita tamen

rarefactâ, ut à Ventriculi fermento facillimè resolvi, venosoq; generi communicari possint, reperiuntur D. *Mæb*. l. c. f. 17.

Dn. *Keslerus*, Solertissimus Spagyricorum arcanorum Condus *Cent*. 3. c. 26. (ut & Aug. *Clokius de Nuce medicâ* c. 14. p. 54. & 55.) sequens promit Consilium: Rostro nempe Capitelli vesicæ, priusquam refrigeratorium ingrediatur, adaptandum Instrumentum globi instar rotundum, refertum frustulis vel turionibus *C. C.* immistum Canali suo in refrigeratorii Canalem ut vesicâ (aq. ex Herbis Card. ben. Scord. piperitide, Cochlearia vel aliis ⊖e vol. abundantibus.) ad dimidietatem repletâ, igneque moderato subdito, *C. C.* tandem non interrupto, adscendentium vaporum tenore planè mollescat, Essentiaque seu potiùs Gelatina de eo aliquid ⊖is volatilis possidens atomis pertranseuntibus communicata, in receptaculo colligatur, quæ tandem ab aquâ separanda, seorsimque ad necessarium usum asservanda. Alium modum habet Cl. A. *Tentzel. Philosopho-Medic*. de Peste, O. 3.

D. *Zwelfferus* in prædictis *animadversionibus* super C. C. ph. calcin. f. 463. talem veram, uti appellat, ejus præparationem commendat: Mactato Cervo novas Corneas excrescentias sive tenellas adhuc molles,

lanu-

lanuginosas ac sangvine turgidos typhos jā unà cū cruentâ illâ massâ, ex quâ nascuntur, accipe, eosque detractâ pelle lanuginosâ frustulatim minutimque concisos cucurbitæ vitreæ immitte, ac lentè destillando calore NB. exsicca: aquam prolectam bis, ter, quatervé cohobando: Postremò Materiam vel massam in fundo cucurbitæ relictam & exsiccatam rubescentem, si ex typhis admodùm tenellis & sangvine turgidis: albicantem verò si ex iisdem adultioribus parata fuerint, in pulverem subtilissimum redige, qui studiosè ad singulares suos usus postmodùm asservandus.

Tandem & Nobil. Dn.D.*Fehr, Argonauta* noster suspiciendus, singularem aëreæ qs. calcinationis modum his verbis describit: Ego, inquit, ejusmodi tenella ac lanuginosa Cornua aliquot dies aëri exposui pluvioso, quibus madore & q. digestione illa aëreâ brevi emollitis ferventiores Solis radii derepente supervenientes cutim exteriorem, ita exsiccarunt, ut facili negotio exinde detrahi & ab interiori medullosâ parte, quæ itidem eleganter albicabat, separari posset, quale in Muséo meo asservo, magnique facio: Sic Crania Hominum ab aëre quandoque calcinantur, vel potiùs digeruntur, nullusque dubito, quin aliquando in saltibus

densioribus ejusmodi Crania cum suis cornibus hoc modo calcinata reperiantur, cùm domi habeam Capreæ Cranium in Sylvâ quâdam hîc repertum & elegantissimè calcinatum cum Corniculis suis in convenienti loco adhuc naturaliter & arctissimè insidentibus. Atq; hæc hactenus.

Propria Sententia. Cæterùm ut de iis omnibus breviter ; salvo tamen Doctiorum judiciô, Sententiam exponam, primùm laudatam hîc priorem illam C. C. ustionem, ceu non tàm præparationem, quàm destructionem ejusdem cum Magno D. *Horstiô* T. 3. f. 7. *Zwelffero* f. 409. & aliis meritò posthabeô, quippe quô illud subtilibus suis & Balsamicis ☿ij Spirituosi ac 🜍is oleaginosi partibus aut Sale suo Armoniaco ; spirituosâ & oleosâ substantiâ, quibus abundat, per potentissimum Calcinationis ignem (etiamsi vase optimè munito) privatur, adeoque virtute suâ medicinali propriâ qs. castratur, & in terram mortuam insipidam ac effœtam fermè redigitur, prout idipsum in animadversionibus suis super Appendicem *Clas.* 14. f. 274. abundanter & clarè satis monstravit.

Eodem penè modò Doctissimus *Septalius* in *animadvers. & Caut. Med.* l. 9. n. 63. p. m. 136. de C. C. maximè annotare voluit illud, ne vires cordiales amittat, non esse cremandum,

dum, ut fit passim, sed tenuissimâ limâ in pulverem redigendum, moxque cum aliis in mortario conterendum & in pollinem reducendum. Hinc & Cl. D. *Grembs in Tractat. Medic. arbor. integr. & ruinos. Homin.* l. 1. c. 7. n. 33. f. 65. Cornu Cervinum, inquit, omni Sale orbatum est, ac proinde viribus, quia ignis est mors Seminum, id quod probant etiam Capellæ seu testæ probatrices;

Equidem sunt qui propterea saltem C. C. cremari volunt, quò vel citiùs in pulverem redigere, vel ut Spiritus ferocientes & Naturâ ad exitum properantes concentrare, vel ut humidum superfluum exsiccare, adeoque putredinem & febrem eò meliùs arcere possint. Unde quoque D. *Grembs* c. l. in tantum ait, credo conducere Cornu Cervinum, in quantum vis fermentalis exorbitans saturatur per Cornu Cervinum: est enim apta Materia, per quam Spiritus iste saturari potest: hinc est, quòd Medici cum fructu pueris calidioribus seu fermentum stomachi plùs exsuperans & fastidiens possidentibus porrexerint.

Qui profectò, si mediocrem duntaxat & non violentam illam calcinationem, quæ per totalem ferè combustionem peragitur, in certis affectibus velint, ut impuritas & ♀eitas defœdans ac corrumpens saltem *Diversus respectus.*

 com-

combuſtione deleatur, non planè mihi aberrare videntur; quanquam tamen per Autoritates Veterum & multiplicem experientiam ſatis huc uſque confirmatus ſim, etiam uſtum C. C. tanquam perfectè mixtum præter refrigerandi virtutem non omni vi (maximè ſudoriferâ) privatum eſſe, cùm poſt calcinationem, ſicut Tincturæ docent, adhuc Sal aliquis fixus remaneat, principioq; ſuô cōſtitutivô tertiô non in totum deſtituatur, id quod *Quercetanus in tetrad.* l. *contra Aubert.* & alibi cum Philoſophis per humidum primigenium ſubinnuit. Poſt calcinationem quoque reſiduum, cujus ratione poſteà vi Balſamicâ qualitas ſuam virtutem exerit.

Alteram verò *præparationem Philoſophicam* quòd attinet, ubi Cornu per vaporem aquæ ferventis cujuscunque vel appropriatæ magis aliové modo dicto ſine uſtione ad albedinem calcinatur, etſi quidem tantoperè non deſtruitur, ſuisque nativis viribus ſpoliatur ut C. C. uſtum, eumque idcircò ſaniores quidam Medici, poſtquam in Praxi quotidianâ illud animadverterunt, procul dubio pro media qs. viâ adinvenêre: nihilominùs tamen, cùm per eundem emollitionis ſeu præparationis modum Cornu Sale ſuo volatili & Oleô non parùm etiam

ex-

exhauriatur ac populetur, quod patet, ubi recipiente apposito recteque accommodato ⊖ Oleagineâ substantiâ dulci permixtus aquæ stillatitiæ supernatans eodem labore colligitur, à quo sanè C. C. omnia operandi principia sarta tecta neutiquam manere possunt, non video, quâ ratione illud iisdem, quibus crudum Cornu viribus vel majoribus etiam (prout nonnulli sibi persuasum habent) ritè pollere possit: ut jam non dicam de istis, qui hac calcinatione nihil aliud peractum fuisse, quàm quòd friabilius, ad pulverandumque aptiùs ac magis purum redditum esse arbitrantur.

Quando igitur diligenti ignis Examine & Usu *expertum* habetur, *plurimùm C. C. ustum*, minus verò sed *multum* etiam *Philosophicè Calcinatum* de nativâ suâ humiditate ac Virtute, ⊖e vol. atque ⚯ *deperdere*; Contrà verò ipsum *Crudum* Cervi Cornu j. t. c. subtiliter & minutim raspatum, debiteq; adhibitum integrâ suâ formâ ac Qualitate longè *efficacius* suam ἐνέργειαν exerere: Proinde censeo, ut qui *C.C.* uti velit, crudum istud ac raspatum vel præparatum potiùs, quàm ustum adhibeat. Quanquam Cl. *Witticbius* cum quibusdam crudum hoc unicum incommodum habere statuit, quòd à Ventriculi calore vinci ac domari haud

Conclusio.

Crudum præfertur.

possit: præparatum verò nativo Calori obsequentius esse judicetur. Quod *si tamen ustum* magis *placet, Gelatinâ* potius *sive decocto C.C. recentis sæpiùs imprægnatum & viribus* quasi propriis seu humiditate radicali optimè rursus *insuccatum usurpare non* fuerit *inconveniens*, præsertim si etiam Ol. *CC.* destillatum & rectificatum, nec non Oleum Succini, item Salia eorum volatilia debitè adderentur, quæ cuncta arbitrio prudentis Medici relicta sunt.

Objectio. Nec obstat ratio ista anteà allata, quòd in Crudo feculenta Materia Spirituosam Substantiam omnis Actionis Causam præpediat ac quasi liget, ita ut vis ejus sepulta hinc jaceat; in præparato verò ab impedimentis suis maximè sit liberata: *Solutio.* Subtiliter enim pulverisatum & cum aliis debitè exhibitum à Calore Hominis facilè terrestri suô vinculô expeditur atque suscitatur, omneque hæterogeneum etiam à Naturâ per facultatem expultricem sequestratur, ut inde planè nullus operationi obex positus videatur: quinimmò, qui ante dicta adhibitâ in Consilium ratione & Experientiâ recolligit ac perpendit longè verisimilius profectò erit à *C.C.* crudo, cui Virtus Balsamica & ⊖ utrumque copiosiùs inest, quàm ab illo, quod per Calcinationem præparatum & quasi ca-

stra-

ſtratum eſt, etiam Virtutem atque efficaciam ſperandam eſſe multò præſtantiorem.

CAP. VIII.

De

Vſu C. C. Philoſophicè præparati.

MAgna autem omninò *Virtus ineſt C. C. Philoſoplicè præparato* plurimos ad Uſûs, adeò, ut omni ætati hodiè, ipſis etiam recens natis tutum ac jucundum prorſus in graviſſimis morbis exiſtat Medicamentum. Oceanus ſcribendorum ſe offerret, ſi omnes ejus Uſus inpræſentiarum deſcribere vellem: aliquot ergò tantùm ac potiores hîc delibaſſe ſufficiat. *C. C. Ph. præpar. Uſus.*

In genere ferè idem eſt ac *C. C.* Crudi Uſus, in putridis febribus tamen ratione Virtutis exſiccantis, eò major. Juxta Nobiliſſimum *Mynſicht C. C.* Spagyricè ita præparatum vi ſuâ diaphoreticâ Unicornu æquiparandum; omnibus enim Cordis Affectibus confert, & contra omnia venena mirificè præſtat. Inſuper morbo regio, dyſentericis, Cœliacis, ſangvinem exſcreantibus, Veſicæ doloribus, fluxione laborantibus &c. prodeſt. Doſ. autem ℈ß ad ℈j vel ʒß in vehiculo morbum propriè reſpiciente exhibitum. *In Genere.*

In Specie. *In specie* autem adhibetur Internè & externè.

Intern. *Internè* in *febribus* dictis *putridis*. Ita Cl. D. *Horstius* l.1. *de febr. observ.*32. *fol.*22. *Tom.* 1. nobili ac honestæ Matronæ febre continua cum alvi fluxu correptæ præmissis aliis decoct. C.C. præparati & rad. acetos. per dies aliquot utiliter propinavit. Idem eadem observatione quoad intemperiem pro potu contra sitim ordinavit emulsiones ex sem. Melon. Cucum. Cucurb. papav. alb. cum C.C. Philosophicè præparato, Corall. & similibus.

Cl. D. *Beckherus in* MSS. *Pyrologicis* l. 2. *de Curat. putridarum in genere. Aphor.* 6. p. m. 79. Singulari Elogiô etiam deprædicat, dùm dicit: Obiter notandum circa alterantia talia seligantur in compositione for-„ mularum Medicamenta, quæ pluribꝰ sco-„ pis satisfacere possunt, ut & refrigerent„ & humectent, simul & attenuent, deter-„ gant & aperiant, putredini resistant, & Ma-„ teriam ad evacuationem disponant, qua-„ lia inter alia inprimis quoque est deco-„ ctum C. C. sive crudi, sive Philosophicè„ præparati, paraturque illud cum aq. f. &„ passul. Corinthiac. cui adduntur interdum„ frusta Citri, pomi Crudi, Conserv. Citr.„ Ro-

Rosar. Borragin. &c. præsertim verò Spi- „
ritus Minerales ex ⊖. ♀. ⊕. ☿. „

In Quartana Febre pertinacissima, quâ Illustr. Comes Dn. *Henricus ab Hatzfeld* (ultra trimestre spatium dudum gravissimè laboraverat virtute naturali ferè exhaustus, non sine nota Cachexiæ cujusd. Scorbuticæ) præmissis præmittendis & non neglectis aliis intùs ac foris adhibendis, præprimis & Baln. Lac. per vices usurpatô imperatâ juxta victus ratione debitâ, medicinâ illâ una cum osse de Corde C. ⊖, vol. C.C. ac Camphora in decocto rad. Scorzon. & ras. C. C. tanq. hujusce affectus Bezoarticô, felicissimè DEI gratiâ singulari cum successu usus sum, ita ut brevi pòst renovatô corporis ac animi vigore lætissimus discedere posset.

In febre malignâ Petechiali. Ita enim præter alios Præcell. Dn. *Christoph. Tinctorius* Prof. & Archiater *Brandenburg.* Regiomonti Borussorum Eminentissimus, Doctor, Fautor ac Prom. ætatem honorandus, illud longâ Experientiâ cum aliis præcipuè etiam ♅ diaphor. (ut quô cotidiè ferè tàm in purgantibus, quàm sudoriferis saluberrimè utitur) ceu alexipharmacum probatissimum multo cum fructu exhibere consuevit. Sic quoque *Anthor in Aurilogio* c. 8. pulverem

rem febrilem habet, quem & *C.C.* sine ustione præp. atque os de corde Cervi ingreditur. Cl. Dn. *Ludovicus Kepplerus* Medicus quondã Regiɔ, Veteris Oppidi Regiomontani Phys. Ordin. & Practicus famigeratissimus, Fautor item meus pl. colendus eôdem ferè modo illud frequenter usurpavit: E. g.

℞. *C.C.* Ph. præparat.
ust. ‿ præparat.
♁ diaphor. ex fl. fix. an. ℈ß.
⊖ Card. ben. gv.
M. F. pulv. subtil.
S. Schweißpulver.

Febris Epidemia Regiomantana An. 1649.

Præprimis verò *in febre* istâ *Epidemiâ Regiomontana* (tractat. f. 86.) *seu*, ut Celeberrimus Dn. *Dan. Beckherus*, Doctor ibidem Medicus summâ animi devotione perpetim venerandus, speciali nomine appellitat *in morbo Academico Regiomontano, sive Febre maligna Apollinari*, quæ Anno 1649. a. d. 19. April. per integrum Mensem, & quod excedit, ita ibi in Musar Alumnos, præcipuè Communis ac laudatissimi Convictorii membra, optimos sanè & nobilissimos, (quos ego tunc temporis Studiorum gratiâ Commilitones habebam) Cives Academicos est grassatus, adeò ut intra triduum vel 40. eorum lecto fuerint affixi, intra trium verò septimanarum spatium dierum numerum funera

nera non jam adæquârint modo, sed & superârint. Vidimus, ait Exc. Dn. *Joha. Georg. Strasburg.* Prof. item Doctor, Fautor atque Amicus meus omni honoris cultu ætatem prosequendus, *in Disputat. suâ de Affectu illo,* quaterna modò, modò quina simul elata, non sine dolore, vix, immò non sine lachrymis nostris, quorum è numero maximè quóque tunc erat desideratissimum istud Philosophorum Lumen M. *Huldaricq Schönbergerus*, Weida Palatinus, oculorum quidem Lumine à tertio ætatis Anno in variolis orbatus, at mentis acie plurimos etiam Doctissimos post se relinquens, in omni ferè scibili (rei quoque Mechanicæ) Informator ac Professor privatus dexterrimus, perpetuâque memoriâ pòst Fata quoque dignissimus &c. in hâc, inquam, febrili lue inter alia Bezoardica pro potu maximè ordinabat decoctum vel Cerevisiam ultimam dictam Schenckbir/cum *C.C.* juxta & Conserv. Rof. percolatâ, additis guttulis aliquot Spiritûs ⊕, atque sic per DEI altissimi benedictionem, misericordiam atque gratiam viginti ipse studiosis aliosque Cives utriusque Sexûs febre isthâc correptos felicissimè curavit, ut ne dicam jam de iis, qui à nominatissimis reliquis Dnn. Medicis, insignibusque Anatomicis Prof. Med. D. *Joh. Löseleo,*

Quidam Cæcus Philosophus acutissimq.

D.

D. *Georg. Lotho* & aliis per ejusdem simul Usum pristinæ sanitati fuere restituti.

In variolis & morbillis D. *Grembs* in arbor. ruinos. Homin. l. 2. c. 3. n. 47. f. 426. sequentem pulverem alexipharmacum laudat:

℞. pulv. pannonic. ℈j
C. C. philos. præpar. ℈ß
Lap. Bez. ver. gv.
M. detur ad cuspidem Cultri cum aq. scabios. Scorzon. acetos. oxysacch. simpl. permist. Vel

℞. C.C. ph. præparat. gxxv
Terr. sigill. ℈j
Margar. præpar. gxv. hyacinth. præp.
Unicorn. ver. ā ℈ß
Lap. Bezoar. Or. ver. g vj
M. F. pulv. Dos. à g viij usq; ad xvi plus minus.

Item ℞. mag. perlar. ʒiß C. C. Philos. præp. ʒß Lap. Bez. ℈j Sacch. Cand. aq. Scorzon fol. ℥iij F. rotulæ, quæ identidem sumendæ, ut ita sensim malignitas expugnetur.

In febre militari seu *Morbo Ungarico*. Ità Dn. *Sennertus* l. 4. *de febr*. c. 14. f. m. 207. T. 2. scribit: Potus conveniens est Decoct. C. C. præpar. cum suc. Citr. granator. oxysacchar. Sp. ⊕ vel paretur tale *Julapium:*

℞. De-

℞. Decoct. C. C. crud. & phil. præpar.
℔iß Julap. Rof. ℥iij. Suc. Citr. rec. cum
Spir. ⊕ ad grat. acid. q. f. M. F. pot.

D. *Horstius* Artis Medicæ Atlas & Decus diverſimodè etiam commendat maximè pauperibus, quibus videlicet quotidianus potus aquæ tantummodò: Illi hord. mj decoq. & primâ decoctione remotâ de novo unam atque alteram Menſuram affundant, addito Cochleari pulveris C. C. philoſ. præpar. & uſt.

Ejus loco commodè quoque ſeq. aq. ordinatur:

℞. Rad. acetoſ. ℥j
Scorzon.
Paſſul. min. an. ʒvj
C. C. Phil. præparat. ℥ß
Cort. Citr. ʒij
Coq. in Menſur. iij ad ʒt.
Col. add.
Suc. berb. cum Sp. ⊕ ad grat.
F. pot.

Aut ℞. Sacch. ℥j
C. C. ph. vel uſt. præp. ℥ß
Aq. menſ. iß
Coq. & add. pom. Citr. inciſ.

Aliàs Cereviſia etiam benè depurata conſuetis conceditur: admiſto C. Cervino. vid. *Tom*, 2. f. m. 24. &c.

In-

In peste. Et quidem cùm ad Hostem tàm potentem debellandum communiter nullum præstantius judicetur Antidotum, quàm remedium aliquod temperatum Morbo & Naturæ, ætati, Sexui atque aliis circumstantiis accommodatum, quodque tàm manifestâ, quàm occultatâ qualitate Cor ac Spiritûs vitales roboret & per sudorem pestilens venenum è corpore expellat: illud certè & *alexipharmacum & sudoriferum* omnibus suo merito ac jure erit *saluberrimum*, facilèque ejus Virtus, si fortè imbecillior videtur, fortiori quodam alexiterii & confortant. genere (unde Præcell. Dn. *Præses* illud ipsum cum Tinct. ☉lis imprægnat aurum solutum vocat *Hartmann. Pract.* Ch. p. 263. quoad colorem purpureum acquirat, sicut pro affectibus cerebri cum Tinct. Lun. quoad colorem viride-cæruleum: illudque dicit C. C. ph. calc. ☉are, hoc C. C. ph. calcinatum Lunare) vel de proprio osse de corde Cervi, ⊖ vol. aq. aut Spiritu ejusd. admixto, vel alio fidâ Experientiâ diu probatô remediô acui & augeri poterit. Hinc & divinus noster *Sennertus* l. ante cit. c. 11. f. 188. (& ex eo C. *Amthor.* in Aurilogio c. 8. ubi pulverem hunc alexiterium creberrimè, præsertim Lipsiæ, præscribi dicit,) præ aliis utile hoc alexipharmacum & sudoriferum, quod febrem non auget, describit: ℞. C. C.

C. C. Virtus imbecillior fortiori alexiterii genere acuenda.

℞. C.C.phil. præpar. ʒiß.
Ocul.♋ præparat. Ter. Sigill. Sil.
Succin. Margar. præp.
Corall. rub. præparat. an. ℈j.
Off. de Cord. Cervi Smaragd. præparat.
Hyacinth. rubin. an. præpar. ℈ß.
Lap. Bez. or. ℈j fol. aur. numero iij.
F. pulv. Cui in usu grana aliquot ⊖. C. C. vol.
Vel Bezoard. min. giij addi possunt.

Similem ferè pulverem præservativum suavissimum Cl. *Medici Berlinenses & Colonienses* contra pestem Anno 1625. ordinarunt pro delicatis: *Pulv. præservat. contra pest. Anno 1625.*

℞. C.C. ph. præpar.
alc.
Smaragd. Margar. Corall. rub.
omn. aq. Scord. præpar. a ʒß.
Hyacinth. granat.
Rub. omn. aq. Scord. vel Ros. præp. à ℈j.
ras. ebor. Off. de Cord. C. ocul. ♋ Lap. Bez.
ver. à ʒß.
F. pulv. subtiliss.

Exc. D. *Schelbammer* Prof. olim & Medic. Jenens. Clarissimus in formulâ Globuli Bezoard. Cervin. hujusmodi singulare concinnat: *Globul. Cervin.*

℞. rad. contrayerv. ʒß.
anthor.
Sem. anchus.
à ʒiß.

His affunde Acetum destillatum stent in Calor.☉ per dies 2. deinde Acetum destillatum per ♒ iterùm evapora, ut extractum in sudore maneat. Ex remanent. ⊖elico ✢ affunde, hujus ✢ ⊖ impraegnati

℞. ℔ß rasur. *C.C.* ℥iß stent in digest. donec Gelatina extracta fuerit, quam adhuc calentem exprime, filtra.

Denique ℞. *C.C.* phil. Calcin. ℥iij.
⊖ *C.C.* fix. & vol. à ʒj.
Spir. Sangv. Cerv. ʒij.

His omnibus cum Gelatina subtilissimè commistis formentur ex Massâ Globuli pro lubitu.

Terra Sigillata C.C. Quodsi etiam Terram Sigillatam è *C. C.* parare lubet, laudatissimus Dn. *Sachs* hunc describit Modum:

℞. *C. C.* phil. fundatur & teratur cum aq. diaphoreticâ & Cordiali, ac cum glutine proprio formetur & sigilletur, cum Tinct. Croc. ipsi conciliando Colorem Croceum, Confect. alchem. rubrum, extract. angelic. vel Theriacæ nigrum.

In Morbo Regio seu Ictero cum aliis appropriatis multùm facit, præprimis si post necessaria aperientia & Pharmaca ad sudorem provocandum debitè propinetur. Unde præmissis præmittendis honestæ ac piæ cuidam Conjugi pronuper sic exhibui:

℞. C.C.

℞. C. C. ph. præparat. ℈ij.
Lap. flav. in fell. taur. repert.
Sem. aquileg. ā ʒß
⊖ fraxin.
Croc. or. ā ℈ß

F. pũ v. pro 2. Dos. detur pars in vin. abs. aq. cent. min. cuscut. fragar. aut decoct. C. C. cum Rad. asparag. Syr. de Eupator. Cichor. & Suc. Citr. mist. (V. *Galen.* 2. *de aliment. facult.* C. 6. f. 33. *Schröd. Ph.* l. 5. f. 12. *Marold. in Pract. Med. de Affect. hepat.* f. m. 171. &c.)

Adversus venenum miram quoque & insignem obtinet efficaciam. Ita enim B. *Sennertus Tom.* 3. l. 6. *Pr. part.* 7. c. 19. f. m. 642. C. C. præparatum singulariter contra esulam Antidoti loco propinandum docet cum vino vel aq. Card. ben.

In hæmorrhagiâ & hæmophthysi sangvinem; qui in pulmones aut in capacitatem thoracis affluxit; non tantùm sistere, sed jam effusum etiam ac concretum tutò dissolvere & blandè atque leviter expurgare potest, cumprimis, ubi caussis antecedentibus sublatis post universalem evacuationem cum aliis tàm foris, quàm intùs specificè juvantibus & confortantibus in usum venit, è quibus non postremum audit Syr. Corall. Dn. *Drawitz* secundùm *Quercetanum* paratus,

quem *in Pharmac. rest.* f. 189. describit, vel Dn. *Schelhammeri*: aqua item Cl. *Dorncreibii* contra sputum sangvinis, si ℥iij pro Dosi cum Syr. de Symphyt. F. vel portulac. aut myrtin. ℥ß assumatur.

Aqua contra sputũ Sangvinis Dorner.

Descriptio autem, cui allubescit, talis est:

℞. Rad. Symphyt. maj. ℥ij
Tormentill. ʒvj
Plantag. ℥ij
Pimpinell. ʒj
Herb. Burs. pastor.
Prunell.
Polygon.
Conso. med.
Sanicul. cum radicib. à mÿß
Fl. Ros. rub. mj
Troch. de ter. Sigill. ʒj

Pulverisanda pulverisentur subtilissimè: herbæ verò & flores minutim incidantur, & contundantur, ac infundantur in aq. Symphyt. maj. Plantag. Burs. pastor. à ℔ij pector. frig. ℔iß scab. marr. à ℔ß exym. comp. ℥iij.

M. & stent in infusione in loco calido per octiduum vase quotidiè aliquoties moto; Deinde destillentur in alembico vitreo per MB. igne lentissimô.

Aliàs quoque hoc secreti loco habetur:

℞. Spod. Ros. rubr. bol. arm. Ter. Sigill. lap. hæmatit. à ℥v. Corall. rub. marg. non-

per-

perfor. Carab. C.C. Ph. & ust. præp. G.tragac. Sem. papav. alb. hyoſciam. alb. portulac. Plantag.

Suc. liquirit. à ʒij
Amyl. torrefact. ℥ß
MF. pulv.

Adverſus Scrophulas vel Strumas, tritum cum Spongiis, in quibus lapides reperiuntur, æquali menſurâ ex vino & aquâ quotidiè ac debito tempore ſumtum valdè prodeſt non poſthabitis præſertim neceſſariis:

In Veſicæ dolore ex inflammatione potiſſimùm orto præmiſſis & ſubjunctis aliis apprimè conducit.

In Dyſenteriâ ob blandam ſuam vim adſtrictoriam Præclariſſimus *Sennertus* T. 2. l. 3. *Pr. part*. 2. *Sect*. 2. c. 7. f. m. 917. cum aliis junctum ſic præſcribit:

℞. C. C. Ph. præpar. Ter. Sigill. an. ℥j
Corall. rub. præpar. ʒß
margar. præpar.
Bol. Armen. ā ℈j
Lap. Bez.
Smaragd. præp. ā ℈ß.
F. pulv.

Cl. *Deodatus in Panth. Hygiaſt*. l. 3. c. 24. f. 157. alium pulverem ſecretiſſimum deſcribit:

℞. Lap. hæmat. præpar. ʒij
aëtit. nucl. inter. ʒiij
Carneol. præpar. ʒiß
Lap. Bez.
C. C. Ph. præp.
Ter. Sigill.
Croc. ♂ à ʒj
M. Dof. cum aq. aut Syr. ſtiptico.

In Lienteriâ & Cœliacâ affectione cum decocto C.C. Ph. præp. & uſt. Syr. Roſ. de rib. myrt. vel miva Cydon. aliisque corroborantibus & modicè adſtringentibus plurimùm valet, non neglectis ſimul externis remediis; Studendum tamen, ceu ſanctè monet Celeber. D. *Petræus in Noſolog. Harm. Dogmat. Hermet. Diſſertat.* 26. p. m. 75. ut „ ſobriè ac tempeſtivè, Cacochymiâ priùs „ ablatâ, adſtringentibus utamur, ne ſuppreſ- „ ſa fluxio periculoſas, & cum vitæ diſcrimi- „ ne conjunctas μεταςάσεις pariat. Vel ut D. „ *Rulandus de Curat. Luis Ungaric.* c. 6. pag. „ 132. hortatur: A vehementer adſtringenti- „ bus omninò abſtinendum, ne pravitate „ humorum vi detentâ ad principes partes „ fiat μετάςασις & παλινδρομὴ, malumque „ priùs periculoſum intempeſtivâ medica- „ tione periculoſiùs evadat: „

In Gonorrhœa demùm & Seminis profluvio univerſalibus præmiſſis, vel per ſe, vel

cum

cum aliis non sine fructu usurpatur. Vulgò Practici illud præscribere solent cum Rhabarbaro modicè tosto, pulv. liquirit. & Succin. præpar. in Syr. dialth. vel myrt. Quidam tanquam arcanum exhibent ʒj. de sequent. pulvere:

℞. mum. Diatragac. fr.
C.C. Ph. præparat. Succin. alb. præpar.
Fol. menth.
Sem. vitic. anaticè miscent & cum ovi vitello, aut terebinth. Cypr. aq. port. lot. per aliquot dies propinant.

Cl. *Deodatus* l.c.f.196. in hoc affectu Sacch. ℔j primas concedit.

Nonnulli ad Gonorrhœam & quemcunq; fluorem etiam Corall. rubr. præpar. tanquam præstantissimum & præsentaneum remedium ante omnia miscendum suadent. Vid. *Anselm. Bœt. de Boot. in Hist. Gem. & lapid.* c. 154. p. m. 310. Alii denique decoctum C.C. cum mastich. & syr. nymph. jungunt, extrà inunctione ex ungvento Comitiss. cum Ol. mastich. vel Cydon. factâ.

Externè tandem ac foris *ad Polypum* cum Sandaracha à quibusdam naribus inflatur. De quo Consul. Autores. *Usus externus.*

CAP. IX.

De
Usu C.C. usti præparati.

PErlustratô hactenus Cornu Cervi tàm crudô, quàm philosophicè præparatô, nunc ordine Doctrinæ in specie etiam ostendendum; quantas utilitates humano generi insigne hoc Medicamentum C. C. ustum, das gebrante Hirschhorn/adferat.

C.C. ustum

Quamvis enim paulò ante dictum, quomodo *C. C.* crudum rectè adhibitum præparato hodiè prærogativam jure obtineat: hoc verò (aliter, quàm D. *Camerarius in memorab. Med. Cent.* 6. §. 9. docet) præ Communiter usto; quia scil. per præparationem partes aëreæ ac tenues infirmantur; per ustionem autem ferè consumuntur ac destruuntur, non tam. propterea secundùm Galliarum Regis Medicum *Brossæum* l. 3. *de la Nature des plantes* c. 7. post ustionem *C.C.* tantummodò Cinerem mortuum figulinis vasis conficiendis magis, quàm Medicinæ idoneum statuere licet, cùm adhuc ⊖ fixum in ipso lateat, quod non facilè potest extrahi, nec solùm Autoritate, sed & *Experientiâ atq; Usu* Præcellentissimorum Medicorum *constat sæpenumerò in certis Affectionibus convenientiùs calcinatum aut præparatum, quàm crudum adhiberi.*

Com-

Commodissimè autem præter alium priorem modum cap. 7. ita præparatur: ℞. Ras. C.C. abrasâ priùs exteriore nigredine, ponatur in Phiolâ in B. vel alium locum calidum, & adscendet primò roridus liquor, qui iterùm descendit, & à C. C. imbibitur, atque ab hoc C.C. quasi calcinatur viribus ad plures Usus pollens. *Modus præparandi.*

Et quidem 1. *quoad Usum internum. In genere* juxta Cl. Schröderum in Ph. Med. Chym. l. 5. cl. 1. f. 281. vi suâ siccante & adstringente putredini resistit, Catarrhos inhibet, fluxꝰ alvi sedat & Intestina roborat; Singulariter quoque vermes necat, sudores ciet, Medicinaque est Infantibus & aliis in febribus ac peste etiam familiarissima, præcipuè cum ☉ & ♀ ustum, d. q. Cl. *Schröd.* in Pharmacop. l. 3. c. 9. f. 365. &c. *Dos.* à ℈j ad ʒj & ultra in vehiculo sc. appropriato. Hinc Versus Germ. D. *Becheri in Parnass. Med. Zool.* part. 1. f. 30. O' *Usus internus in Genere.*

Gebrandten Hirschhorns man drey drachmas gibet ein /
Es stärcket/wärmt das Hertz/machts Blut von Gifftε rein.

In Specie verò *in Catarrho tenui* (suffocativo) confertim ad asperam Arteriam destillante, tussimque indesinenter excitante C.C. calcinatum tantùm in os aliquoties in- *In Specie. In Catarrho suffocativo præsent. remed.*

ſperſum, vel Lingvæ impoſitum præſentiſſimum habetur remedium: Subitò enim Catarrhus incraſſatur, adeò, ut rarò ſaltem tuſſis cieatur. Intereà tamen, ut malum integrè ceſſet, revulſione & evacuatione debitâ factâ non alia negligenda ſunt auxilia. Cl. *Petraus in Noſolog. ſuâ Harm.* l. 1. *Diſſert.* 9. f. 187. metu ſuffocationis ſimul exhibendum cenſet laudan. opiat. gr. iij plus minus cum Syr. de Nymph. vel papav. & aq. Serpilli vel alia.

Crollius & cum eo *Deodatus in Panth. Hyg.* l. 3. c. 21. f. 129. Confortationis ergò Oleum Succini laudat, quod etiam juxta *Anſ. Boet. de Boot* in Caſu Catarrhi ſiſtendi & inhibendi mirè efficax eſt, multoque efficaciùs, ſi Succinum pulveriſatum ſacculo implicetur, & in Sp. V. malv. calefiat, inſperganturque Olei Succini guttulæ aliquot & Vertici applicetur, naribus unà ac temporibus eodem illitis.

Magnificus D. *Horſtius Tom.* 2. *Obſerv. & Epiſt.* l. 10. f. 483. Catarrhis ſuffocantibus & aſthmaticis extremis vomitorium ſatis validum ſuccurrere memorat, quâ ratione honeſtam fœminam jam ex ſuffocatione exſpirantem pulſu formicante, frigidisque ſudoribus præſentibus ad miraculum vitæ reſtitutam eſſe ſcribit.

In

In Diarrhœâ & fluxu alvi. Causâ priùs a-verruncatâ & habitâ convenienti victûs ratione incoquitur jusculis, & porrigitur. Vel decoctum Rasuræ cum pulvere ejusdem, propinatur.

Cl. *Petræus* ad corroborandum hoc præscribit: ℞. C.C. ust. ʒij misce cum stillatitio liquore plantagin. Tormentill. bibatur ante pastum.

Illustris *Sennertus* T. 2. l. 3. Pr. part. 2. c. 6. f. 901. inter alia compositionem hanc magnificat:

℞. troch. de Carab. ʒiß
Lap. hæmat. ʒj
C.C. ust. præp. bol. arm. an. ʒß
F. pulv. Dos. ʒj cum seq. liquore:
℞. Vin. granat. ac. ℥j. suc. cur. ℥ß
Juleb. Ros. ℥j
aq. plantag. Tormentill.
caud. equin. ã ℥iv
M.

Dn. D. *Horstius* l. 4. *obs.* 16. f. 175. *Tom.* 2. in Diarrhœâ periculosâ cum imbecillitate ventriculi usum pulveris seq. ordinavit frequenter ante cibum cum pane albo tosto paulumper in vino malvatico sumendum, qui

℞. Spec. Diarrh. Ab. ʒj
Dianis. ʒß
C. C. ust. præpar.

Co-

Corall. rub. præparat. ā ʒj.
Sacch. (rof. tab.) ad pondus omnium
F. pulvis.

In Dysenteriâ. Quia enim *Paracelsus* in l. *de vit.* l. c.8. *de dissol.* duo in curatione ejus requirit: Confortativum & constrictivum: illud etiam *confortativum* non minimum est vel ipsâ Experientiâ verificante, ubi tàm à Veteribus, quàm Neotericis vel per se vel cum aliis crebrò usurpatur. Ut πολύχρηστον namque remedium plures indicationes absolvit: calidum innatum stomachi atque cordis, omniumque penè viscerum corroborat, sangvinem mundat & renovat, omnē sangvinis profluentiam reliquosque omnis ventris fluxûs placidè compescit. Unde *constrictivum* quoque magnum esse quotidiana Praxis hinc inde attestatur. *In nimio menstruorum fluore. Fernelius* l. 5. *Therapevt.* seu M. M. c. 26. p. m. 242. C. C. ustum & lotum ac ebur in tenuissimam scobem redactum, fœminis fluxione uteri laborantibus magnopere prodesse scribit è convenienti liquore hausta.

In Colicâ nobiliss. *Massaria in Pract. Med.* l. 3. c. 18. f. m. 432. ex *Rhase* ceu specificum illud prædicat in pulverem redactum. *Scribonio* secreti loco illo utitur docente *Deodato* l. c. f. 160. Eodem successu sumitur ʒj pulv.

och-

oculor. luc. pisc. vel per se, vel cum C.C.ust. in vino generoso &c.

In suffocatione mulieris cum vino vel aq. hystericâ aliquoties propinatus ejus pulvis singulariter commendatur à *Sexto Platonico de animal*.p.4. n.9.

Ita quoque *ad Icterum*, si ʒj cum haustu vini ad ℥iß & aq. cuscut. vel aliâ appropriatâ ad ℥ij vel iij assumatur, sperato cum successu usurpatur, præsertim in declinatione.

Ad vermes etiam necandos & per fœtentem Camerinam expellendos unâ cum Corallinâ facilè primatum obtinet, unde etiam per se vel cum aliis intùs ac foris passim adhibetur. *Rulandus* solo decocto rasur. C. C. usti cum pulvere ejusdem virginem lumbricum duarum Spithamarum longitudine malignæ putredinis sobolem cum gravi Lipothymiâ excrevisse ait de *luis Ungar. Curat*.c. 7. *Histor*. p. 200.

Cl. *Sennertus* l. 3. *Part*. 2. *Sect*. 1.c.5.f.862. compositum sequens commendat.

℞. Lumbric. ter. præp. ʒj C. C. ust. præparat. Corallin. Dictamn. Cret. Sem. Sant. ā ʒß. *Pulvis contra vermes.*

F. pulv. Dos. à ℈j ad ℈ij &c.

Pulverinus in Medic.Pr.c.67.tale propinat:

℞. Sem. Sanct. Citr. portulac,
C. C. ust. præpar, à ℈j. M.

De-

Deodatus in Panth. Hyg. l. 3. c. 24. f. 164. ad omne vermium genus ceu mirabilem hunc pulverem laudat, quo assumto agminatim defluant.

E. g. ℞. Pulv. Santon. Corallin. à ℥ß
Cret. alb. ʒiij
Scord. C. C. præp. à ʒij
M.

Dosis cùm lacte muliebri per triduum.;
Vel

℞. Pulv. Sementin.
Corallin.
Scord. à ʒiß
Mechoac.
Rhabarb. à ℈iv
C. C. ust. præp. ℈j
Diagrig. gr. iv
M. pro 2. Dos.

Aliàs quoque præ compositis omnibus Diat. c. 2. in rotulis commendatur:

Helmontius Tr. in herb. verb. & lap. magna virtus p. m. 459. simul aquam communem, in quâ ☿ius ebullierit, propinat. Vid. D. *Grembs in arb. ruin.* Hom. l. 2. c. 1. §. 5. f. 108. n. 86.

Alexand. l. 7. c. 4. Singulariter extollit hieram, cujus virtute mulier quædam, cùm multa & immodica alimenta acciperet; omniaque concoqueret, & nunquam saturari

se

ſe diceret, tandem vermem projecit, qui longitudine 12. cubitûs & plures habere putaretur, cum quo verme immoderata & violenta illa fames ſtatim conquievit. vid. *Maſſar. Pract. Med.* l.8.c.7.f.m. 314.

Circa hæc tamen omnia ex Cl. *Petræi* *Nosolog. Harm. Diſſert.* 31. f. 143. probè notandum docet *Deodatus* c. l. f. 163. quòd Medicamenta contra vermes ſemper cum dulcibus exhibenda v. g. lacte, melle, Syr. de glycirrhiz. & ſimilibus, ut alliciantur & fallantur, cùm amara valdè refugiant: vel dulcia aliquot diebus ante, vel præcedente veſperâ danda: eâ tamen iterum adhibitâ cautione, ne nimiùm dulcium uſu vermes in inferioribus inteſtinis ſiti, ad ſuperiores partes alliciantur, ægrumque malis augeant. Suprà igitur amara, inferiùs autem dulcia ad provocandum potiùs apponere conſultum videtur, non omiſſis aliis extrinſecus convenientibus. *Conſil. Pract.*

D. *Foreſtus obſerv.* 31. *l.* 21. *f.* 355. puero cuidam duorum Annorum, qui ultra 40. vermes dejecerat, ſæpè propinavit C. C. uſt. ʒß cum Cerevisiâ communi, ventre ſimul inuncto hoc Ungvento:

℞. Ol. Cydon. abſ. a ℥ß.
pulv. C.C. uſt. Corall. rub.
Maſtich. ā ℈j

Ceræ

Ceræ modic.

F. Ungvent.

Aut pro adultiori

℞. Decoct. abſ. centum nod. vel abrotan. detur cum

Pulv. C. C. uſt. ʒß

Sem. portulac. Zedoar. à ℈ß

M.

Exteriùs verò pro umbilico & ventre

℞. Ol. abſinth. maſtich. à ℥ß

pulv. menth. ſic. C. C. uſt.

aloëſ. Cort. gran. Corall. rub. à ℈ß

Ceræ modic. F. Ungvent. Id. Obſ. 34. l. 21. f. 359.

Occiſi vermes, antequam putreſcant, majorum Symptomatum præcavendorum causâ vel Clyſteribus butyro addito, (non Oleo, quod cibis magis ac potibus, quò vivi adhuc ſuffocentur, admiſcendum) vel purgantibus exturbandi ſunt, de quibus conſul. Medici.

In Febribus, Cl. *Horſtius Tom.* 2. l. 1. *Obſ.* 9. f. 4. in Tertianâ præmiſſis præmittendis ordinat ad ʒj cum hauſtu aq. fumariæ duabus vicibus pro ſudore ciendo. *Obſ.* 26. f. 18. in febre continuâ cum ſupervenientibus menſibus in aq. Card. ben. manè diverſis diebus præſcribit. Idem *obſ.* 32. f. 21. in febre continuâ ma-

malignâ cum alvi fluxu exhibet admixto pulvere Pannon. rub. ad ʒß cum lap. Bez. or. giv. Eâdem ratione *Angel. Sala Tract. de pest.* potissimum quoque C.C. ⊕ commen- *C. C. Vitriol.* dat, cujus Compositio fit, quando C. C. ust. & præp. pedetentim affusuo Spir. ⊕ in mortario vitreo miscetur ad sufficientiam, ex quâ massa pòst trochisci formantur & in usum asservantur. Aliàs Excell. D. *Th. Bartbol. in Cistâ suâ Medicâ locul.* 47. p. m. 484. ex Consilio Ampliss. Facultat. Hafniens. contra febrem & sitim potissimùm iis, qui solvendo non sunt, suadet, ut coquant C. C. usti ℥j in mensura una aquæ, & ad saporem gratum addant succum ribium vel Saccharum cum aceto.

In Variolis & morbillis. Cl. *Sennertus* l. 4. Pr. c. 12. f. 197. inter pulveres Bezoardicos diversimodè præscribit: E. g.

℞. C.C. ust. præparat. ℥ß,
Off. de Cord. Cerv.
Sem. Card. ben. â ℈j.
Citr. ℈ß.
Spec. liberant. ʒß.
margar. Corall. â præp. vel solut. eorund. ℈ß.
F. pulv.

Cujus ℈j ʒß vel ℈ij in aq. acetos. scabios. &c. exhibentur. Item pro pulvere Expulsivo:

L ℞. C. C.

Pulvis expulsivus. ℞. C.C. ust. præpar.
Bol. arm. or. à ℥j.
Sem. caul. chin. sel.
Rad. Torment. el. à ℥ij.
Myrrh. el. diptamn. alb. à ℥iß.
Sem. nap. el. ℨvj.
Fol. aur. numero X.
F. pulv. subtil.

Ita etiam per se communiter Cerevisiæ vel alio potui injicitur.

In lue Ungaricâ pro potu decoct. C. C. rad. Scorzon. cum suc. Citr. oxy sacch. Sp. ⊕ &c. commendatur *in Aphor. Hipp. therapevt. à Tilemanno* p.m.64. Videatur 8. *Tract. de Scorzonera* Nobil. D. J. M. *Febr. Rulandus in Curatione* ejus *Histor.* 3. p. 173. & seq. præcedente potione lenitivâ cum Diætâ debitâ decoct. ras. C.C. ust. feliciter se usum esse scribit, quo ex matutino haustu per sudorem fœtido madore exspirante tam Cordi, quàm reliquo Corpori robur afflavit malignitate omni eodem oppugnatâ. Idem *Histor.* 8. p. 198. alteri patienti potum nullum ordinavit, quàm decoct. ras. C. C. ust. ita tamen, ut pulverem C. C. simul biberet frigidè: manè scilicet sumebat haustum ejus, atque in lecto sudabat ad virium tolerantiam. Ante prandium repetebat haustum, & post meridiem binos exhauriebat haustûs in-

intervallô horarum duarum utrique interpositô, non tàm ad sudorem eliciendum, quàm ad malignitatem obtundendam & partem ejus per Urinam expellendam. Quod & factum, Naturâ illius ope adjutâ non solùm sudore, sed & Urinâ affatim malignam putredinem & hanc foventes ichorosos humores expeditè profligante, adeò, ut ante quartum decimum hâc remediorum paucorum diligenti usurpatione DEI nutu à miserâ & formidabili lue Virgo vindicata fuerit. DEO sit Gloria soli!

In peste demùm placatô primum DEO factisque tempestivè faciendis ceu insigne alexipharmacum tàm ad præservationem, quàm ad Curationem apprimè facit. Quia enim optimè uti Dn. *Kircherus in Scrutinio suo Phys.* Med. Pest. Sect. 3. c. 5. p. 323. 330. &c. 8. p. 376. scribit: Hominem contra morbi insultûs munit ac defendit, Cor vitale Spirituum Regnum contra omnes malignantium humorum techinas corroborat, ex simplicibus profectò mirâ quâdam contra pestem proprietate pollet, totiusque Substantiæ similitudine ipsi quoque plur. est contrarium. *Pestis præservat.*

Hinc factum, ut & *Medici Romani ac Bononienses* auctæ suæ Theriacæ compositioni illud addere dignati sint, ex eoque simul

 mul

ſimul alii Celeberrimi Practici Curationes feliciter inſtituerint.

Petr. Sibyllerus Reip. Egranæ quondam Medicus laudatiſſimus contra peſtem, Anno 1564. Cl. *Sennerto* atteſtante Tom. 2. f. 223. pulverem *præſervativum* pro Infantibus ſequentem ordinatum deſcribit:

℞. Rhab. el ʒj C.C. uſt. aloes lot. præp. a ℈j
Sem. Sanct. ℈ij.
acetoſ. ʒß Caul. ℈ß.
Citr.
pulv. lumbric. a ʒij.
M. Ejus Doſis ʒß ad ʒi in aq. Sacchar. ſolut.

Cl. D. Jac. Theod. *Tabernomontanus* Anno 1582. in morſulis ordinavit ita:

℞. Tormentill. ʒij.
Rad. vincetoxic.
antithor.
bol. arm. ter. ſig.
C.C. uſt. a ʒj.
Cortic. Citr.
Dictamn. alb.
Scord. ver. a ℈ij.
Corall. rub. marg. præp.
Succin. alb. Sem. Citr. an. ℈j.
Sacch. opt. ℥viij.
Diſſolv. inſtillat. liquor. oxalid. & roſ. aq. ſ.
F. Confect. in morſ. vel rotul.

Anno

Anno 1626. Amplissimum *Collegium Med. Tubingense* Electuarium hoc præscripsit:

℞. rob. rib. inspiss. ℔j.
Antidot. Matthiol. ℥ivß.
bol. arm. or. aq. theriac. præpar.
C.C. ust. præp. Suc. Scord. ā ℈ij
Ol. 🜍 ac. q. s.
M.

Pariter quoq; *Curativum Pestis* præstantissimum habetur, quod non solùm, uti dictum, vires Cordis veneno resistentes corroborat, sed etiam malignam venenatamq; qualitatem cordi impressam Idiosyncrasiâ quâdam per sudorem ad Peripheriam expugnat, prout illud ipsum confirmat sæpiùs allegatus D. *Petræus in Differt. Harm.* 49. f. 481. & *Deodatus in Panth. Hygiast.* l. 3. c. 27. f. 223. &c. Formula si placet à celebratissimo nostro *Sennerto* T. 2. f. m. 253. contra Pestem Ann. 1626. Electuarium D. *Blossii* relictum, ac commendatum est, quod inde pete. *Pestes Curativum.*

Quod si magis sudorifero-Cordiale expetitur juxta Nobil. D. *Sachs monitum* sexies igniatur, & in aceto alexicaco s. Bezoardico exstingvatur, ubi virtus posteà eò præstantior.

Singularis insuper cum ☉ limato scil. trito ac calcinato (quod reverberando in furno figulino fieri potest, donec Colorem ac-

quirat incarnatum) Medicina evadit viribus suis efficacissima, cujus Dosis, proportione C. C. quæ recipitur ferè octupla, est qvæ grana ☉ tria, 4. &c. contineat. *Finck. in Enchirid.* & *Schröder. in Pharm.* l. 3. c. 9. f. 365. &c. Ad eundem usum à Cl. Dn. D. *Crusio* Medic. quondam Naumburg. *Essentia* quædam *de eo composita* exstat, quæ ita habet.

Essent. Compos. Crus.

℞. Suc. acetos. Com. rec. expr. ℔vj filtretur aliquoties per manic. Hipp. posteà ponatur per dies aliquot ad radios ☉ares alternis diebus semper filtrando ac percolandô, donec probè clarescat. Cum succo hoc depurato infundantur C. C. ust. pulverisati ℥vj, stent in vitro optimè clauso ad ☉em dies 14. quotidiè bis vel ter agitando, destillentur posteà cum vasis vitreis per balneum vaporosum usque ad siccitatem. Fecibus iterùm destillatum affundatur & reservetur ad radios ☉ares vitrô optimè & arctissimè clausô per octiduum sæpè agitando. Secundâ iterum vice destilletur per B. vaporosum, destillatum reservetur, feces ex destillatione relictæ exsiccentur, exsiccatæ tigillo indantur superpositô operculô ex fictili simplici purô, calcinentur igne blando hor. iij calcinat[æ]

redi-

redigantur in pulverem. Hiscc affundatur destillatum, prius reservetur ita dies 3. in vitro occluso, quotidiè bis vel ter exagitando, demùm per chartam duplicam filtrentur & reserventur ad usum communem in vitro.

Tandem 2. *quoad usum externum* juxta *Dioscoridem* & alios C.C.ustô, &, si opus est, lotô utimur ad dentium candorem, gingivas mollitie fluidas, fluxiones in oculos eorumq; ulcera. J. *Sylvius de compos. Medic.* l. 1. pag. 183. Et quidem ad dentes mundificandos ac dealbandos vel solum, vel cum aliis mixtum adhiberi potest. *Usus externus.*

Cl. *Schonborn. in Manuali suo Medic.* p. m. 55. sequens præscribit:

℞. Rad. 12. Cyper. ā ℥iß.
C. C. ust. mandibul. luc.
Mastich. ā ℥j
Crem. ♀ ℈iv.

M F. pulv. subtilissimus, quô dentes sæpiùs fricentur, atque vino rubro vel aq. ros. &c. abluantur.

D. *Jonstonus in Hist. Nat.* f. 92. ad dentium albedinem in Cinerem in ollâ novâ redactum cum mastiche & Sale armoniaco miscere docet.

Ad vacillantes dentes, adductum ac cum

vino tritum, deinde circumlitum confirmat. Id. Cl. *Hafenreffer. in Nosodoch.* suo *de affe-ctibus cutis* l. 4. c. 2. p. m. 549. ex eo cum aliis hoc dentifricium non solùm ad mundificandos, sed & stabiliendos dentes commendat.

V. g. ℞. Sangvin. Dracon. ℈iv
Balaust. ofs. Sep.
Pumic. Mastich.
⊖ ust. ā ℈ij.
O. ust.
C.C. ust.
J. C. Cinam. acut.
Caryophyll. margar.
Corall. rub. alb.
Spod. ā ʒß.
Santal. rubr. alb.
Squinanth. rof. rub.
Thur. ā ℈ß.
Mosch. alex. gv.
C. S. q. tragac. in aq. rof. liquat. F. mass. ex quâ form. dentifric.

An Gingivarum Carnem flaccidam fœtidam & Scorbuticam:

℞. C.C. ust. ʒij
⊖ is c. O ust. ā ʒj.
Balaust. ℈iv
mac. ℈ij
F. pulv.

Vel

Vel ℞. pulv. C.C. uſt. ℥iij
O. uſt. ℥ij
fol. aquileg.
Maſtich. nuc. moſel. ā ℥j.
Oxym. ſquill. vel mell. roſ. q. S.
M F. linim. quô frequenter gingivæ illi. nantur, priùs aq. Salv. Cochl. vel roſ. lotæ aut Tinct. lac. Mynſ.

Ad Ophthalmiam ſ. oculorum inflammationem atque fluxionem Ophthalmicum egregium præſtat, ſi nempe interioribus aliisque neceſſariis non neglectis ſubtiliſſimè pulveriſatum oculis inſpergatur, vel cum aq. fl. Cyan. aut roſ. applicetur.

Dn. *Riverius* ſolum ⊕ alb. in aq. pluviæ diſſolvit comprobante id D. *Petræo* f. m. 202.

Chymici hic extollunt Sacch. vel magiſt. ♄j, alii alia, quorum Deſcriptiones plures circumferuntur. Hîc verò illa, quæ ſine inſigni adſtrictione humorum acrimoniam temperare, ac modicè repellere valet, non inutilis erit, ut:

℞. aq. roſ. ℥ß fl. Cichor. ℥ij pollin. C. C. uſt. tut. præp. ā ℥ß ſief albi ſ. op. ℈ß. Camph. gr iv

M.

Poſtremò ad oculorum ulcera potiſſimùm inannatata & Cornea, præmiſſis Uni-

versalibus, simulque Medicamentis fronti & temporibus debitè applicatis inclytus *Sennertus Tom.* 2. l.1. Pr. *part.* 3. *Sect.* 2. c.18. f. 558. post alia sequens linimentum ordinat:

℞, C.C. ust. præp.
Corall. rub. præp. ā ʒj.
Ceruf. loc. ʒß
♁ crud. ℈ß
Cum mell. rof.
F. linim.

Usum hîc etiam habere potest *aq. Ophthalmica Crollii*, cujus Descriptio, cui dulcedo est, c.l. videre est.

Ad lumbricos demùm cum Ol. abs. mastich. & aliis appropriatis à *Foresto* adhibetur, uti patet ex formulis ante positis: nec non *ad* Exitum Intestini vel *procidentiam ani* à Cl. *Agricolâ*, ubi np. cum albumine ovi priùs illito C.C. hujus pulvis subtilissimus aspergatur vel solus, vel cum thure ac mastiche mixtus.

CAP. X.
De
Magisterio & Solutione C.C. Usuque Medico.

Magisterium quid, ejusque parandi modus?

Ex C.C. per Artem pharmacenticam etiam *Magisterium* conficitur, seu pulvis quidam candidus per Solutionem beneficio scil.

ſcil. aceti deſtillati, vel Spiritûs alicujus mineralis acidi atque acris, &c. præcipitationem ℅ ♀ p. d. aut Sp. Ol. &c. debitè paratus.

Communiter autem *ſecundùm Auguſtanos in Pharm.* f. m. 446. hic proceſſus eſt: *Diverſus ſecundùm Auguſtanos.*

℞. limat. C. C. ex apicibus juſto tempore cæſi ℥vj irroretur cum Sp. ⦶ poſtmodum ſuperfunde acetum vini optimè deſtillatum, ſtent per aliquot dies in Digeſtione, deinde filtrentur per Chartam Emporeticam, immitte Ol. ♀ & præcipitabitur pulvis ad fundum, quem frequentioribus ablutionibus edulcora & ad Uſum reſerva. Celeb. *Sennertus in Inſtit.* l. 5. *part.* 3. *Sect.* 3. c. 15. f. 816. ita parare docet: *Secundùm Sennertum.*

℞. C. C. linâ vel torno in fruſta minutim confracti q. v. affunde Spir. ⦶ & ponatur in locum calidum ad ſolvendum. Trajiciatur per Chartam bibulam, Spiritus nitri ſeparetur, & ſolutio aquâ pluviali edulcoretur atque exſiccetur. *In Spiritus* autem ⦶ *ſeparatione cautione opus eſt,* ne, quod facilè accidit, Spiritus ⦶ cum ſoluto *C. C.* flammam concipiat, atque damnum pariat. Cautiùs igitur procedunt, qui ſolutionis ℥iv. affundunt aq. font. menſur. j. ac filtrant, filtratùmque, ſi neceſſe, inſtillando Ol. ♀ præcipitant. pl. c. l.

Excell.

Secundùm Schröder. Excell. *Schröderus in Pharm.* l. 5. *Claſ.* 1. f. m. 281. & l. 2. c. 67. f. 234. & cap. 79. f. 278. ſequentem modum tradit:

℞. *C. C.* raſp. ſolve in ✠ præcipit. per Ol. ♀ vel ⊕ edulcora abluitione cum aq. hinc ſiccatum ſerva, quod nonnulli Sal impropriè ſic dictum vocant.

Secundùm Rhefeld. Cl. D. *Rhefeld.* hunc modum reliquit:
℞. Spir. C.C. ℥iv.
⊖ vol. ℥ß.
Ol. ⊕ ℥ij M. diger. in phiolâ, ita ut ⊖, qui ſublimatur, ſimul detergatur & liquori detergatur.

Secundùm Alios. Alii ſolvunt *C. C.* cum 🜅 præcipitantque cum Spiritu ⊕ ac edulcorant: nonnulli per aq. regiam ex aq font. & armon. parat. ſolvunt, & collectis affuſionibus aſperſo Ol. ♀ coagulum albiſſimum conficiunt, poſt ebullitionem corroſivum & lixivioſum ♀i ſaporem ſeparando, ut Magiſterium remaneat, non multâ abluitione indigens.

Magiſterium C. C. *plumaceum* hoc modo præſtans parari poteſt: Solve ſ. autem *C. C.* in Spir. ⦶ filtraque (affundendo ∇ pluvial. deſtillatam) hinc præcipita cum Ol. ♀ p. C. edulcora ∇ Cordiali & exſicca. Conſul. Cl. *Schröd.* l. 3. f. 336.

Ubi ſimul obiter notandum ſcribit Cl. *Schröderus,* quòd Magiſterium præcipitatum

cum

cùm Ol.♀ flavescat: contrà verò cum Oleo aliquo minerali, E. g. ⊕. candidum magis evadat, *Ph.* l. 2. c. 67. f. 234. & l. 5. f. 281. Ita à Cl. *Wittich.* elegans Magister. paratur ex rasſ. C.C. crud. vel sine igne calcinati per Spir. ⊕ vel ⊕ soluta in formam lactis & albicantis liquoris: solutiones aquâ frigidâ irrigantur, decantantur, filtrantur: pòst in Chartam Emporeticam, quæ filtri loco adhibetur, remanet pulvis albicans, spongiosus, farinaceus.

Vires quod attinet, ut Magisterium C. C. à Calcinato parùm discrepare censeo; ita etiam ad eosdem ferè affectûs erit conveniens. *Vires.*

Quanquam tamen illud, si ingenuè fateår, quocunque etiam acido menstruo solvatur, ac contrario ipsi liquore præcipitetur, nihil aliud videatur, quàm C. C. in subtiles atomos, & calcem minùs utilem conversum, cui, licet quoque sæpiùs abluto & supervacaneo edulcorato, non exigua portio menstrui solventis & liquoris præcipitantis tenaciter adhæret, ita ut difficulter impostерum eadem aqua corrosiva solvi possit ob adjunctam terram à contrarietate aquæ aut Spiritûs, vel Salis exortam, de eorum viribus autem non minimum menstruô post præcipitationem separatô relinquitur. Cujus rei evidens

dens Exemplum præbere possunt Magisteria vegetabilium, quæ beneficio aq. aluminis & Ol. ♀ conficiuntur.

C.C. crudum præfertur vel solutio.

Majoris ergò ad plures affectûs cum Cl. *Zwelffero* f. 448. & aliis æstimandum puto C.C. crudum, tritum duntaxat & in subtilissimum pulverem redactum; quàm præcipitatum ejus Magisterium, utut aspectu fiet jucundissimum atq; argenti ad instar splendidum. Quin, cum pulverulentem istud magist. in delicatissimo quoque vehiculo propinatum ægrotantibus plerumque parvum fructum ferat, quamvis svavissimum videatur, idcircò non inconsultum fore arbitror, si loco Magisterii & pulveris C.C. ita parati cum conveniente liquore ejusdem Solutio usurpetur, de quâ paulò pòst in subsequentibus.

Modus D. Mœbii.

Inter Magisteria autem ei, qui nubem pro Junone nolit, genuinas veri Magisterii notas exoptans, Excell. D. *Mœbius in Differtat. de Nat. Cerv.* f. 20. hunc sequendum proponit ductum:

℞. pulveris C.C. modo ab ipso dicto parat. affunde Sp. Sal. metall. q. f. tùm videbis optatam Salis fixi cum volatili fermentationem, adeò ut pulverem accipias propemodum impalpabilem, & ita rarefactum, ut ex

uno

uno cochleari duo cochlearia magisterii tui non sine admiratione deportes.

Lac seu *emulsionem* C.C. svavem habebis, si magisterium hoc Syrupis & aquis convenientibus immiscueris, ut; *Emulsio C. C.*

℞. Syr. acetos. Citr. ℥j
Cinamon. ℥ß
Aq. acetos. ℥iij
ros. ℥j
magist. C.C. ʒj
Corall. ℈j
perl. ℈ß
M. D. pro confortante.

Solutio C.C. commodissimè fit absque præcipitatione ad modum & mentem D. *Zwelfferi* per solam abstractionem menstrui sui solventis, Spiritûs scil. ex ♀re depurato succoque vegetabili ac baccho inebriato confecta, prout nempe *in Mantissâ Hermeticâ* f. 448. indigitavit, & in *Appendice ad animadvers.* Ph. Aug. f.52. edocuit, quæ in operando (& quidem paulò majori Dosi) multò præstantior existit, viresque celeriùs exerit, quàm ipsum C. C. ita præparatum, ut quod sæpenumerò à debilitati ventriculi archæo intactum relictum per alvum, uti ingestum, excernitur, (vid. *Appendic. Zwelff. ad animadv.* Ph. f. 67.) adeoque longè minori, vel sæpè nullo planè cum fructu adhibetur.

betur. Conf. *Sennert. Tom. 3. de Consf. ac diff.* c. 19. f. m. 848. & seq.

Usus. *Usus* ejus maximus est, *utplurimum* tamen *adversus pestem*, quo modo Celebratissimus D. Joh. Dan. *Horst.* Archiater Hasso-Darmbstat. & in Illustri Academiâ Giessenâ P. P. meritissimus, Promotor meus æternum venerandus, *in dispensator. seu Pharmacopœiâ Galeno-Chymic. Catholicâ* l. 12. f. 363. & 365. in Elect. 17. & 28. simul ordinatum à *Mylio* adducit, cujus formula posterior sequens est:

Elect. Pestil. ℞. Theriac. Androm. ℥ß
Mithridat. ℥j
fl. ♀is ℥ß
Ossl. de Cord. Cerv. ℨj
bol. armen. Ter. Sigill. ā ℥ß.
Solut. C. C.
Essent. Camphor. ā. ℨij
Crot. ℨj
Myrrh. ℨij
Sem. & Cortic. Citr.
Tinct. Corall. rub. ā. ℥ß
M. F. Elect. cum Tinctura sequenti.
℞. Rad. Gentian. angelic.
Zedoar. Tormentill.
Pimpinell. Valerian.
Ostrutij, aristol. Q. Zingiber.
Dictamn. Cret.

Herb,

Herb. Card. ben.
Scord.
rut.
p. Calendul.
Sem. acetos. ā. ℥iij
Spir. V. q. s. pro digestione & expressione;
quæ expressio additur superioribus.

CAP. XI.
De
Aquâ è typhis Cervinis & Syrupo.

EX Cornu Cervi insuper varia Chymicâ solertiâ in usum Hominis conficiuntur. v. g. Aqua, Essentia, Tinctura, Extractum, Spiritus, Sal, Oleum, Ungventum &c. Inter quæ non immeritò *Aqua* primùm ex crudis, recentibus ac tenellis Cornibus Cervorum sangvine adhuc turgidis parata considerationi nostræ subjicitur. *Aqua typh. C.*

Fit verò *Aqua ex typhis Cervorum*, vulgò Hirschkolben Wasser / secundùm Cl. *Sennertum* l. 5. Instit. part. 3. Sect. 3. c. 5. f. 791. Tom. 1. & *Schröder*. l. ante cit. f. 282. Si novella Cornua sangvine adhuc succulenta in frustula concisa in retorta per B. M. aut roris destillentur, vel per se vel cum pauco vino generoso, donec liquor omnis exstillavit. *Dosis* est Coch. Sem. aut 1. per se vel cum *Modus parandi.* ▽ *Simpl.*

appropriatâ aliquâ aquâ aut conserv. fl.citr. aurant.vel in liquore convenienti. Vid. & D. *Hartman.Chymiatrica Practica* f. 15.

▽ Compos. Cl. D. *Jac. Horst.* in *Centur.Problem.Therapevt.Decad.* 1. de febr. q.4.f.8. aliam preciosam ejus Compositionem in Illustri Aulâ Hassiacâ consuetam proponit, quæ sic se habet:

℞. *C.C.* recent.moll.adhuc ℔ij incid.& add.
fl. rof. rub. ℔ß.
Buglos. Borragin.
Rosmarin. til.
herb.Majoran.Matrisylv. an. ℥iv.
fl. Pœon.viol.tunic. Coron.
Farr. ā ℥ij.
Cort.Citr.Santal.rubr. Citrin. ā ℨj.
Passul.minor. ℥iij Galang. ℥ß.
Nuc.Mosch.mac.Caryophyll. ā ℨij.
Croc.℥ß Camph. ℈i.
Incis.& contus.add.
Aq.Ros.Borrag. Buglos.
fl.til.melis.hortens.
& Sylvestr. Matrisylv.
Beton. ā ℔j.
Malvatic. ℔ij.

Omnia misceantur,& per dies aliquot digerantur, post destillentur p. B.M. destillato misceatur aliquid margar. præpa. Corall. rub. præpar. Unicorn. rasp. Off. de Cord. Cerv.

Cerv. Ligu. Aloës, visc. querc. mosch. ambr. auri & argenti foliati quantum placuerit.

Dosis manè & vesperi Cochl. ß. j vel ij. Singularis quoque exstat Descriptio à Cl. *Döring.* & aliis; de quâ vid. Autores.

Ita & Nobilissimus â *Mynsicht.* peculiarem ▽.C.C.Compositionem tradit, quam *in armamentar. Chym. Sect. de Aquis* habebis p.m.393.

Vires. Aquâ simplex, quæ solitariè è C. C. cum momento Vini destillatur, utilissima est in febribus ardentibus ac malignis, vel per se; vel cum appropriatâ aliquâ aquâ. vid. D. *Horst. Tom.* 2. l. 4. obs. 46. f. 230. & 231. it. D. *Schröder. & Hartm. in Pract.* Chymiatr. *Vires ▽ simplic.*

Altera verò *composita* præ istâ non tam refrigerare, quàm malignitati resistere putatur; ob Balsamicam & Specificam ejus Virtutem, quàm singularem illi tribuunt, unde frequentissimo in usu est *in malignis ac pestilentialibus febribus*; quin immò ad virium imbecillitatem; nec non *contra Cordis palpitationem & Lypothymias* præsentissimum observatum est remedium: quâ de causâ etiam ex eo D. P. *de Spinâ* aquam suam *Cordialem* restaurantem composuit, quæ talis est; *△ Compos.* *Cordialis d.p. de Spina.*

℞. Corn. Cerv. moll. & tenell. in taleol.
Sect. ℔ij.
Suc. Carn. Vitulin. & Capon. in duplic.
vase s. a. extract. ℔ij.
Suc. pomor. redolent. ℔j.
Buglos. acetosell.
Trifol. acetos. ā ℔ß.
Vin. optim. ℔ij.
Ligni Santal. citr.
Rhod. an. ℥vj.
Cinam. acut. ℥j.
Lign. Aloes, ℈ij.
Digerantur omnia per ♂♀. 2. dein destill.
in MB.

℞. hujus aq. ℔iv.
Suc. Citr. recent. q. s. ad grat. acid.
post adde
Fl. Caryophyll. rub. piv
Borragin. Buglos.
viol. ā pij.
Ros. rub. piij.
Extrahatur Tinctura, cui add.
Conf. alch. ʒiij.
de hyacinth. ʒiß.
Magist. margar.
Corall. rub. ā ʒj.
Digerantur & serventur pro Usu.
Dos. Cochl. ß. vel integrum.

Felix

Felix Wurtz, Chirurgus nomine ac re felicissimus *in Practicâ suâ* ex eo ceu Basi, inprimis quoad præservationem, Aquam vitæ *Bezoarticam* præscribit, quæ ita habet: *Contra pestem.*

℞. 🜄 à Phlegmate separati ℔j ℥iiij *▽ bezoar. F. Wurtz.*
adde in vitro
limaturæ *C.C.* non usti recentis ℥vj
pulv. Myrrh. electiss. ℥ij.
Vitrum obturatum stet in Digestione per octiduum, posteà per balneum Spiritum separa ad siccitatem; Spiritum fecibus reaffunde, & tertiò similiter destilla. Spiritum istum vitro angusti orificii infunde, & adde limaturæ *C. C.* recentis ℥ij pulv. myrrh. sel. ʒj
Mithridat. ℥ß
Camph. ʒij
Occlude exactissimè & ad usum serva.

Dosis pro præservatione Cochl. j. ad curationem hujus aquæ ʒvj addi potest tantundem aceti destillati bezoartici h. e. ʒvj vel ℥j pro communi Dosi. vid. & D. *Horst.* T. 2. f. 343.

Ex aquâ istâ compositâ vel simpliciori etiam destillatâ & per baln. rectific. præstans fieri potest *Syrupus* addito Sacchar. clarificato, sufficienterque per lentum ignem cocto eidem intentioni, cumprimis quoque ad vermes *Syrup. C.C. Vires.*

Infantium in delicatis inserviens. vid. D. *Horst.* Tom. 3. f. 8. & Cl. *Deodatus in Panth. Hygiast.* l. 1. c. 33. f. 341.

CAP. XII.

De
Essentiâ, nec non Tincturâ & Extracto C. C.

Essentia C.C.

POrrò ex rasurâ *C. C.* probè pulverisatâ, aut cum debito vehiculo decocta elicitur purior ejusdem *Essentia* cum Sp. V. alcolisato, vel alio menstruo proprio: Ab aliis verò paratur & nominatur aliter.

Nobilissimus Dn. D. *Sachs,* Fautor & Collega multis Nominibus colendissimus præ cæteris hanc Essentiam commendat.

℞. Suc. acetos. rec. expr. ℔vj filtretur aliquoties per manicam Hippast ponatur per 8. dies ad radiosSolis alternis diebus semper filtrando & percolando, donec probè clarescat: cum succo hoc depurato infunde *C. C.* ust. pulv. ℥vj pone in vitr. optimè claus. ad ☉ dies 14. quotidiè bis vel ter agitando, Dill. post per B. vaporos. usque ad siccitatem, fecibus iterum Dill. affundatur & reservetur, ad radios ☉ vitrô arctissimè clausô per 8. ℘. sæpè agitando, secundâ iterum vice destill. per (Baln. vap.) dest. iterum servetur, feces ex destill. relictæ exsiccentur, ex-

exſiccatæ Tigillo indantur, ſuperpoſitô operculô, calcinetur △blando hor. 3. calcinatæ redigantur in pulverem. Hiſce affund. Dill. prius reſervetur 3. ℘ in vitro clauſo quotidiè bis vel ter agitando, demùm filtretur & ſervetur uſui.

Nonnulli ∴. Spir. *C. C.* part. xij
⊖is ♎ti part. ij
M. diſſolvendo S. Eſſentiam *C. C.*

Uſus varius eſt. Cl. D. *Joh. Rebfeld*, in Academiâ Erffurt. Senator, Profeſſor quondam Publ. & Chymicus celeberrimus, ejusdemque Inclytæ Reip. Phyſicus & Conſul Primarius meritiſſimus, ut ElæoSaccharum ſuo modo compoſitum, *ad Synocham putrem* veram commendat *in Exercit.* Anno 1635. Th. 38. ubi hunc appropriatum deſcribit pulverem: *Uſus.*

℞. Pulv. Sacchar. albiſs. ℥j
Eſſent. margar.
C. C. à ℈j
Ol. deſt. rhod. gv.
Cortic. Citr. ℈ß
Moſch.
ambr. an gij
M.

S. Chymiſcher Krafftzucker.

Doſ. à Cuſpid. Cultr. ad iij uſus in qualibet horarum triade. *In ſpecie* verò ac pro- *Diverſus.*

priè magis valet *ad Syncopas, Cordialgias, Cardiacos & lumbricos* tollendos: tuetur Cor, Veneni vim elidit ac proinde pestilentialibus morbis confert. Exemplum vid. apud prælaudat. Dn. *Joh.* D. *Horst.* l. c. l. 2. f. 365. numero 30. &c.

Essent. antepil. Zwelff. *Contra Epilepsiam* Cl. *Zwelfferus in animadvers. ad Ph. Aug.* f. 466. ex eo quoque *Essentiam Cervinam antepilepticam* parat hoc modo:

℞. Cornuum tenellor. Cervi, sive typhorum (vel etiam Cornuum Cervi adultior. j. t. mactat. non sponte delapf.) ℔ij conscindantur in frustula minuta, & Cucurbitæ vitreæ Capitello muniendæ immittantur, cui superaffundantur Spiritûs Cerasorum ardentis lilior. convall. ardent. ā ℔j

Factâque digestione die unâ vel alterâ abstrahatur in M.B. per alembicum ℔j circiter, qui ipse tamen Spiritus reaffundendus, & simul post aliqualem adhuc digestionem colandus, filtrandus, interimque asservandus est. Post rectificatus Spiritus ⊖e volatili prægnans jungatur superiori Essentiæ, circulentur adhuc aliquandiu, usuique tandem asservetur, cui pro aromatisatione Elæosaccharum proprium appropriatum addi convenit.

Ad

Ad eundem Affectum singulariter quoq; Q. E. *Fabri* tanquam arcanum Epilepsiæ rhizotomon & Cephalicum specificum commendatur à Cl. D. *Joh. Dan. Horst.* Promotore meo pl. suspiciendo *in Pharmacop. suâ Cathol.* l. 3. f. m. 64. quæ ibi pluribus descripta videnda. Similiter & juxta modum præcedentem ex tenellis Cervorum Cornibus &c. *Essentia Cervina alexipharmaca* parari potest substituendo duntaxat pro Spiritu Cerasor. & Lil. Convall. Spiritum bac. Sambuc. Juniper. vel rutæ ad lubitum eorum, quibus hic vel ille odor magis gratus vel adversus est. *Essent. alexipha. Zwelffer.*

Contra febrem malignam & pestem insuper liquor *C.C.* diaphoretico - Confortativus ita conficitur: *Liquor diaphoretico-Confort.*

℞. Sp. ⊖is rect. q. s.
ras. C. C. q. v.

Solv. & diger. per ♂ aliquot & ♇. deinde destilla lento △ & habebis remedium nobilissimum, cujus Dosis à ℈j ad ℈ß plus, minus.

Sic egregium etiam nobis exhibet *rubinum & Tincturam* ob partes nempe resinosas ac salsas, quas in se habet. Paratur vel è Crudo ex medullâ, vel ex Calcinato, quod cum ⊖e vol. mistum aliquoties cohobatur, tandem cum Sp. V. aliovè liquore propor- *Tinctura.*

tionato *Tinctura* extrahitur rubicundissima.

Nonnullis ita conficitur:

℞. ras. *C.C.* montanis herbis depasti in ⁂ vel Spir. *C.C.* vel aq. è *C.C.* ⊕. infundatur, in loco calido servetur indies movendo & quod tinctum per inclinationem separando, aliamque affundendo, donec nihil amplius tingat & insipidum fuerit.

Rubinus. *Rubinus* ex descriptione Nobil. Dn. *Sachs* ita fieri potest.

Fiat Gelatina *C. C.* cum aq. antihectic: (quæ paretur ex Cervi herbis alexiteriis ac montanis pasti & debito modô ante coitum pruritumq; capti principalibꝰ visceribꝰ,) aut cum aq. Sangv. Cervi, illaq; loco calido coaguletur & formetur ovali figurâ, & reservetur in calido ad usum. Poterit aliquid Salis-volat. addi, ne tamen diaphanitatem perdat: it. ad conciliandum gratum saporem confect. alcherm. vel moschi parum.

Aliàs & Nobil. *Schröderus in Ph. med. Chym.* l. 5. f. m. 282.

Extractum *C.C.* parare docet superfundendo segmentis Cornuum Cervi aquam propriam, & Tincturam digestione menstruâ extrahendo.

Extractum C. C. cum ⊖ vol. propr. ab Excell.

Excell. Dn.D.*Schefero*, Medico Francofurtens. Celeberr. ita paratur:

℞. Entis C.C. juxta modum ab ipso edoctum præparati ℥iv. ⊖ vol. ℥j. M. & digere optimè, vas probè munitū stet in loco tepido vel ☉ quò ad dies 8. in se fermentet, quod deinde serva ad usum.

Ita & liquor rubicundus C. C. cum utroque ⊖ conficitur, cujus descriptio pariter, benevolè mihi communicata est à Dn. D. *Thielo*, Medico Francofurti Clarissimo, quæ suo loco petenda.

Quercetanus in Pharmacop. rest. c. 26. extractum facere solet è teneris Cervorum, Cornibus, vel è Cornibus quoque induratis, sed adhuc recentibus mediante aq. vitæ appropriatâ, quæ acidula priùs reddita sit cum liquore ♀is acidulo.

Cl. *Clossæus Extractum* verum parat cum aq. itidem suâ specificâ: Si *C.C.* recens contusum in eadem infundatur, & per Mensem, digeratur, donec Tincturam extrahat; filtretur posteà & exprimatur fortiter, quicquid adest liquoris, quem leniter in B. destilla, usque ad Consistentiam extracti, cujus Dosis à ℈j ad ʒß. vid. D. *Jac. Horst.* T. 3. f. 9. *Extract.*

Deniq; *Joh. Pet. Fab.* l. 1. *myrothec. Spagg.* c. 29. Q.E. C.C. sic conficit: *Q.E.*

Radenda, inquit, sunt Cornua, & in pulve-

ve-

verem tenuissimum comminuenda, ac vasi vitreo oblongi colli imponenda, cum Spir. ⊖is ad eminentiam 4. digitorum: deinde obturatô vase circulanda sunt & digerenda in B. tepido per Mensem, tùm demùm destillanda levissimo igne in cineribus ad siccitatem usque: cavendum autem est, ne empyrevma redoleat hæc aqua, quæ destillat, non propter virtutum diminutionem, sed propter ingratum saporem. Postquam Spiritus omnis ⊖is destillatus fuerit, feces, quæ remanent in fundo alembici, comburendæ sunt fortissimo igne, & calcinandæ ad candorem usque: ex cineribus verò probè calcinatis ⊖ erit eliciendus cum aq. Card. bened. aut phlegmate vini septies destillato; sit autem aq. Card. bened. etiam septies rectificata, ut Salem purum emittat, huic deinde Sali puro & mundo Spiritus ⊖is superiùs destillatus connectendus est, & digestione incorporandus ut fiant unum spissum Gummi, quod erit servandum in phialis optimè clausis ad usûs miros.

Vires & Usus. Nimirùm quoad *vires & usus*. Q. E. hæc arcanum est summū contra venena omnia, & verum atque unum, ut scribit Cl. *Joh. Dan. Horstius*, bezoarticum remedium: adversus pestiferæ etiam auræ contagionem nihil efficacius, estque præstantissimum pestis præser-

servativum & curativum. Contra morsûs item animalium venenatorum mirè efficax est exteriùs ungendo, & interiùs sumendo ad cor defendendum, ne veneno inficiatur. Valet præterea ad lepram curandam, ad putredinem ac febrem etiam quartanam arcendam ac vermes enecandos: facit deniq; ad sanitatem tuendam & senectutem retardandam, quia humidum radicale purum ac mundum conservat, spiritûsque omnes naturales, vitales & animales mirificè recreat & fovet. *Dosis* est quantitas ʒj in jusculis & ovis sorbilibus manè jejuno stomacho, vel in aquâ theriacali aut cinamomi.

CAP. XIII.
De
Sale C.C. ejusq; Tincturâ.

QUemadmodum omni verè misto: ita & C.C. Sal à Naturâ inest, qui per artem Spagyricam diversimodè quoque elicitur. *Sal C.C.*

Est verò *Sal duplex*, unus *volatilis*, qui ignem ac calorem non sustinet, sed instar Spiritûs calcinatione (nisi exactissimè clauso vase servetur) sublimia petit, discutitur & evanescit; nonnullis & Essentialis appellatur: alius *fixus*, qui ignem sustinet atque in cineribus relinquitur: vel, qui per calcinationem & totalem Vulcani violentiâ destru- *Volatilis.* *Fixus.*

ctionem parari solet. *Sennert.* T. 1. l. 5. *Inst.* p. 3. *Sect.* 3. c. 15. f. 815. *Schröder. Ph.* l. 2. c. 79. f. 278. & *Zwelffer. in Ph.* A. Clas. 7. animadv. f. 129.

Volatilis ita paratur:

Volatil. parandi modus diversus.

℞. C. C. crudum è Cervo succulento j. t. inter festum Assumtionis Mariæ & ejusdem Nativitatis collectum, ac frustillatim comminutum, q. v. igne nudo per retortam terrâ probè lutatam pelle, funditque uno ac eodem labore liquorem seu Spiritum acidum Phlegmate mixtum, oleum ac ⊖ vol. quod collo retortæ & parietibus recipientis adhærescit. *Schröd.* f. 241.

Nobiliss. Dn. Sebastian Scheffer Med. D. & in florentissimo Emporio Francofurti ad Mœnum Practicus celeberrimus &c. Salis volatilis conficiendi modum per Clar. Dn. *D. Thil. &c.* hunc mihi communicavit.

℞. Liquor. C. C. debitè (secundùm ipsius præscriptionem) præparati pro capacitate Instumenti q. v. inde phialæ oblongioris & latioris (seu amplioris colli, applica alembicum, destilla ex cineribus lento △, & ⊖ sublimabit niveus, repletô collô deme Instrumentum ac frange collum: quô ipsô factô collige ⊖ & infusum Spir. V. serva loco frigido vase, ne evaporet, optimè obturatô.

Vel

Vel ℞. C.C. secta q. v. pelle igne apertò per 6. lapideam, phlegma primò destillet, post ℅, tandem ⊖ niveus in receptaculum, refrigeratô Instrumentô effunde phlegma, separa ab oleo; ⊖ in parietibus receptaculi hærens inde parvo vitro, affunde 🜄, qui extrahet omnem impuritatem; & fiet niveo colore; serva optimè: liquorem verò stillatum inde phialæ & 🜄a ⊖ ut notum. Idem Dn. D. *Schefer.*

Aliàs quoque ad descriptionem Exc. D. *Mœbii* & aliorum plenior ac planior parandi ratio hæc esse potest:

℞. C.C. serrâ malleové frustulatim fressum; eoque retortam terream loricatam imple, cui in fornace ritè collocatæ collum & demum receptaculum vitreum capax & amplum adapta: tùm omnibus benè lutatis ignis in subditâ Carbonum strue gliscat, sed ita, ne moderatos Imperii fines transcendat, & Spiritus initiô subtilissimi; pòst sub palantium nebularum formâ è carceribus suis reseratis repagulis confertim proruent, quos auctô quodammodo calore Sal volatile & oleum subsequentur: hoc quidem guttatim, illud verò per vaporum tenuium gargara in toto ferè receptaculi concavo instar ramulorum C. C. aut vernantium stirpium, frondibus hinc inde lætè divaricatis non sine

ad-

admirando adstantium spectaculo adhærescentia. Et operatio hæc ferè unius diei spatio absolvitur. Ante omnia tamen circumspectum ac cautum te esse decet, ut ne cribrô aquam haurias, & Sale, quod quæris, volatili plurimam partem defrauderis. Tandem cum Spiritu & Oleo maturè pertritorium divortium faciendum, Salque volatile seorsim colligendum. pl. vid. c. l. it. apud Cl. *Zwelff. in Append.* f. 53. &c.

Rediviva Cervi. Notandum autem hîc quasi extra lineam, mirabile dictu videri, quòd Sal istud volatile in toto ferè receptaculi Concavo instar ramulorum C. C. aut vernantium stirpium frondibus hinc inde lætè divaricatis jucundissimo aspectui sese exhibeat. Cæterùm sicuti admirandum est illud, quod de *redivivâ* (suprà Sect. 1. cap. 3. n. 7. & hîc) narratur, vereque admirandarum sunt hæc Spectacula rerum: Ita & ulterior ipsa rei cùm maximæ, tùm occultissimæ indagatio summam habet oblectationem.

Posse verò talia rerum Phantasmata in phialis Hermeticè sigillatis à Naturâ Calore benignô suppositô beneficio ⊖is proprii animalium vel plantarum, aut, ut alii volunt, è tribus eorum principiis, produci, Exempla diversa exstant.

Quercetanus in defens. contr. anonym. c. 23.

mę-

memorat, ſe vidiſſe magni Nominis Medicum quendam apud Cracovienſes, Polonum, qui noverit adeò artificiosè ex omnibus plantæ cujusvis partibus Cinerem parare, qui vitreo vaſculo incluſus & Lucernæ admotus aliquantò incaleſcens ſenſim ſe in ſpeciem plantæ attollebat, plantamque omnibus partibus referebat, Spiritualem tamen, quæ vaſe refrigerato & Calore langveſcente iterum in Cineres & pulverem reſidebat.

Similis eſt ratio, quam idem *Quercetanus l. 2. peſt. Alex.* c. 5. *de Urticâ reſuſcitatâ* recenſet. Sic in Epiſtolâ quâdam ad Nobiliſs. D. *Joh. Dan. Horſt.* Promotorem ac Fautorem meum ſummoperè obſervandum D. *Georg. Moltherus*, Med. Wetzflar. narravit, non ſemel ſe Urticam vidiſſe in ▽ congelatâ: Mihi &, ipſe dicit D. *Horſtius*, eſt ⊖ abſinthii, cujus ope, vera, ait, loquar, totum abſinthium repræſentatur: quibus etiam Cl. *Schröderus in præfat. Ph.* l. 5. Zool. f. m. 266. hoc ſubjicit: quòd certâ quâdam Operatione ⊖ abſinth. vol. elevatum alembici lateribus adhærendo plantam ſuam dilucidè ob oculos ponat.

Pariter quoque reſuſcitationem ſeu *reſurrectionem animalium in phiolis* eſſe *poſſibilem Exemplo Cancrorum* ex Borello eleganter

N docet

docet Nobiliss. *Saxo* à **Löwenheimb** in *Ampelographiâ* suâ *novissimè editâ Sect.* 9.c.5. de ⊖e ♀ p. 636. & seq. it. *in Gammarolog.* p. 243. *&* *in Appendice* p. 67. ubi expressè etiam meminit, se aliquoties in destillatione Spiritûs è Corde Cervi ⊖ vol. simul egrediens lateribus recipientis adhærescens exactissimè Cor cum truncis resectorum vasorum per aliquod temporis intervallum non sine favorabili spectaculo vidisse.

Ita prænominatus Dn. Promotor *in Epist. Med.* 4. p. 32. memorat in destillatione *C.C.* toti vasi recipienti passim adhæsisse ⊖ vol. aspectu suavissimum referens innumera Cornua albicantia.

Sic *in aq. still. Spermatis ranarum* Imagines ranarum fuisse repræsentatas ibidem testis est.

Non minùs & in perfectiorum animalium ossibus idem accidere præter alios refert Dn. *Robertus Flud. de Fluctib:* Medicus Anglus, Scrutator Naturæ sagacissimus. Plura qui petit, videat inprimis etiam Cl. *Sennertum Tom.* 1. in *Epist.* ad Lect. contr. **Freytag.** f. m. 851. it. *de Cons. & Diss.* c. 10. f. 750. D. *Jonston. de admirand. plantar.* cl. 5. c. 36. p. 115. *Camerar. in memorabil. Medic. Cent.* 3. *part.* 93. p. 205. D. *Rosenberg. in Rhodolog. part.* 2. c. 33. p. 394. & seq. ubi mirabilem

bilem Rosæ resuscitationem ac Resurrectionem describit. Sed ad rem.

Si v. Sal vol. & purius reddere, & à nauseabundo ipsi juncto fœtore liberare animus est (quod tamen vix citra Virtutis imminutionem, quæ à ⊖ vol. proficiscitur, fieri posse autumo) 1. affusâ illud aquâ destilletur per phiolam altissimam, lenique Calore, ut anteà indigitatum, sublimetur: vel 2. misceatur cum C. C. duplo vulgari modô usti & per cucurbitam altam angustamque leni calore ♎etur. Sunt 3. qui illud cum Spiritu rectificato lavant, cauteque ☿ium fugitivum Spiritu acido frænant, posteà in vitro angusti orificii cerâ probè obturati reponendo ad Usum. Conf. si lubet, Cl. *Zwelff. animadv. in Antidot. Clas.* f. 276. &c. *Salis purificandi & à fœtore liberandi modus.*

Cl. D. *Rhefeld* virtutem magis, quàm gratiam spectans cùm essent: Terebinthin. miscet & Ol. C. C. philosophicum parat ita:

℞. ⊖ vol. C.C. ℨij Essent. Terebinth. ℥ß
Solv. sign. ut antè.

Unde autem *Sal volatile* generetur, cùm Exc. D. *Mœbio* teste *de fundament. Med.* c. 11. f. 171. &c. 18. f. 314. vel nunquam vel raro assumatur? Plantæ enim omnes non facilè ⊖ vol. præbebunt, sed solummodò Spiritum acidum. Sic in pane, Caseo & aquâ fontanâ, quibus multi plebejorum famem ac sitim *Sal volat. unde?*

ſedant, ne mica quidem Salis volatilis ineſt, licet vel millies Spagyricâ induſtriâ examines: Natura tamen ex iis ⊖ volat. parat.

Cùm igitur ⊖ vol. antea nec cibo nec potui inſit, niſi in formâ dicti Spiritûs acidi, utique procul dubio & è Spiritu acido vel ⊖e fixo in plantis, cibo ac potu latitante Archeus cùm in brutis, tùm in Homine illud peculiariter elaborabit.

Vires. Uſus internus in Genere. Croll. in Baſil. Chym. f.289.

Vires in genere *quoad Uſum internum* hujus Salis ſeparati ſc. ac depurati nobiliſſimæ ſunt: ſuâ namque Naturâ ſanguinem in univerſo corpore ſic mundificat & renovat, ut omnibus morbis & affectionibus ex ſangvine corrupto ortum ducentibus breve intra tempus ſublatis ac ſanatis corpori veluti redintegrato alacris priſtinæ ſanitatis vigor reſtituatur. Neque enim ſolùmmodò egregium præbet *Cardiacum & alexipharmacum*, ſed *diaphoreticum ac diureticum* probatiſſimum.

Hinc quantâ partes vol. C.C. penetrandi vi præditæ ſint vel ſolâ Experientiâ liquidò conſtare poteſt.

Cl. *Mœbius in Exerc. de Vomitor.* Th. 14. oſtendit, quòd ⊖ vol. C. C. ritè exhibitum præter ſudorem, quem copioſiſſimè provocat,

cat,

cat, & ⊖is ⊕ vices explere non semel deprehenderit.

In specie autem *in Comate* ὑπνώδει aceto vini propinatum cum Salute ægri factâ Materiæ discussione per sudorem expertum habet modò laudatus Autor. *In Specie.*

In Epilepsiâ & Apoplexiâ cunctisque Affectibus, ubi discussione & eventilatione opus est, propter partes volatiles miræ est virtutis.

Unde Cl. *Zwelfferus in Ph. A. animadv.* f. 464. ex eo suum compositum magnificat: cujus descriptio supra c. 7. pleniùs tradita ex parte ita habet:

℞. pulv. cervin. simpl. ex typh. ritè parat. ℥ij

⊖is volat. C.C. juxta modum ⊖is viperin. ab ipso edoct. parat. ℥ß Sacch. Cand. alb. ʒvj

Ol. St. Coriandr. ℈j
Majoran.
Lavend. mac. ā ℈ß

M. F. pulv. Antepilepticus, custodiatur in vitro cerâ optimè obturato, cujus dosis à ℈j ad ℈ij in appropriato vehiculo.

Vel ℞. ras. C. C. ʒj
Succin. alb. præp. ℈j

⊖ vol. C.C.
Succin.
♉ diaphor. à gvj
F. pulv. pro 2. dos. cum aq. rut. Ceras. &c. propinandus.

Magnif. Dn. *Rolfinck* in pulvere suo Cephalico ita eô utitur:

℞. Cinnab. ♉ ʒß
pulveris. minutiss. irror.
oo rorismarin. rut. à ℈ß
add.
⊖ vol. Succin.
C. C.
Stercor. pavon. à ℈ʒ
Cran. Homin. præparat.
magist. perlar. farinac. (plum.)
Corall. butyrac.
Ocul. ♋. butyr. à ʒß
Mosch.
ambr. āā gx
Sacch. Cand. ad pond. omn.
M. F. pulv.
Dosis ℈ß in Cochl. vini.

In febribus malignis, præsertim & *pestilentialibus* sudorem movet, venenumque singulari proprietate à Centro ad circumferentiam corporis eliminat.

Potest autem per se in quocunque liquore, modò non sit acidus, propinari: Omnia enim

enim *acida*, inquit Cl. *Zwelfferus* f. 276. *Naturam Salium volatilium immutant*, hinc adeò fit, ut sæpè eadem, postea diversas nonnihil edant operationes. *Modus propinandi.*

Commodissimè igitur *datur in emulsione* ex seminibus unctuosis vel oleaginosis semper habitô ad morbum respectu. v. g. e. Semin. raparum aquileg. Card. ben. &c. adjunctâ etiam particulâ Semin. frigid. maj. vel min. quibus tùm liquores aut aquæ appropriatæ pro emulsione conficiendâ cum reliquis addi queunt.

Vel cum aliis, unde Exc. D. *Mœbius* l. c. f. 23. sequens commendat:

℞. Spir. C. C.

theriacal. Camph. ā ℥j
⊖is ʒj
⊖ vol. C.C. ʒß
M. stent paulisper in Digestione: filtra.
S. Mixtura Alexipharmaca, oder außtreibende Gifftmixtur.

Nonnullis ego hunc pulverem non sine successu contra malignitatem exhibui:

℞. C. C. ph. præpar. ℈ij
Ofs. de Cord. Cerv.
Terr. Sigill. ā ʒß
⊖ vol. C. C. ℈j

Bezoart. min.
Elæoſacch. citr. à ℈ß
F. pulv. *Doſ.* à ℈j ad ℈ij plus minusvé.

Cum aq. è typhis C. C. vel bezoardicâ aliâ, prout neceſſitas poſtulat & morbi ac ægrotantis conditio permittit.

Error Empiric. ſingularis. *In Hypercatharſi* à Medicamento draſtico, Croco ſcilicet metall. & ☿io ♁o, ſtudioſo cuidam Bremenſi d. 16. Jul. 1161. cùm ille ab Empirico quodam maleferiato, neſcio quô Geniô, incautior juſtò, diebus canicularibus contra Venerandi noſtri Senis præcepta Catharticum vehementiſſimum hauſiſſet, atque hinc per biduum ultra ſexagies ἄνω καὶ κάτω immodicè nimis purgatus membrorum convulſione & aliis graviſſimis Symptomatibus correptus viribꝰ omnibus exhauſtus jaceret, feliciter DEI benedictione, iſtud cum C. C. ph. præparato ejus decocto aliisque alexipharmacis, bezoarticis & confortantibus propinavi, adeò ut brevi pòſt admirandâ prorſùs virtute ſanitati reſtitutus abiret.

Contra ventriculi imbecillitatem & nauſeam cumprimis navigantis Avunculus meus Dn. *Johan. Georg. ab Ottera.* Imperialis Patriæ Mulhuſæ Phyſicus quondam celebratis-

tiſſimus, non neglectis aliis feliciter ordinavit ſeq. modo:

℞. ⊖ nitr.
⊖is Com.
C. C.
♀ opt. à ℥ß
Galang.
Cubebar.
Maſtich. à ℈ß
M. F. pulv.

Ad præſerv. Doſ. gviiij manè ſumatur ante cibum cum vino optimo.

In Morbo Gallico: Propter ſingularem, quam poſſidet, vim attenuandi, diſcutiendi atque ſangvinem purificandi inter alia neceſſaria, propriis luis ♀reæ alexipharmacis magno cũ commodo additur, maximè ubi debita Diætæ ratio accuratè obſervatur, ſicut in patiente haud ita pridem ſalutariter eô uſus ſum.

In Obſtructione & Suppreſſione Urinæ ac contra Calculum. Cùm enim ⊖is aliàs proprium ſit inter cæteras facultates, quas obtinet, detergere & Obſtructiones expedire, multò magis volatile, quod in pluribus penetrandi virtute Naturam ⊖is communis fixi ſuperat, id præſtabit, præcipuè ubi cum ſpecifico quodam vehiculo & aliis convenientidus rectè adhibetur:

Non verò inutile hîc erit ſequens:

℞. Aq. malv. ononid. ā ℥ij
Syr. Dialth. F.
fragor. à ʒvj
viol.
Spir. bacc. Junip. ā ℥ß
Terebinth. ʒß
⊖ vol. C.C. ℈j
Succin. ℈ß
Suc. citr. g.v.
M. pro aliquot Doſibus.

Ita in acutiſſimo tali affectu atque doloribus hinc acerbiſſimis Generoſiſſimi ac perilluſtris Dn. *Frideric. à* Greiffenclau/ Lib. Baron. in Wallaz & Rincau, Eminentiſſimi Elector. Mogunt. Conſiliar. Intim. ac Vicedomin. &c. Dn. S. Gratioſo laudato cum ſucceſſu feliciſſimè divinâ Gratiâ exhibui, à cujus atque aliorum uſu poſtea calculus diverſimodè inæqualior & aſperior per vices excretus, neque ullus ejusmodi inſultus deinceps moleſtus fuit.

Uſus Externus. *In Hydrope* proficuum eſt cum aq. Cinnamomi & aliis debitis remediis. *Quoad uſum Externum. In Contracturâ & Paralyſi*, maximè verò *in Podagrâ, arthritide & Eryſipelate* convenit, ſi præmiſſis neceſſariis reſolvatur in Spir. lumbric. aut cum Spir. Urinæ vel ſimplici, vel cum aliis, pro exigentiâ rei, mixto,

mixto, membraque affecta tepidè posteà foveantur ac per se exsiccentur frequentiùs in die reiterando, à quo Causa deinceps resolvitur, dolorque figitur.

Sal C.C. fixum ut fiat vulgariter satis notum. A nonnullis cum Sp. ⊕ fixatur, post Sp. V. circulatur & egregium habetur Medicamentum. Alius Processus ita fieri potest: ⊖ *C. C. fixum.*

℞. ⊖ C.C. vol. & C.C. ust. a q. v. ♎a, sublimatum misce cum C. C. ust. eâdem quantitate ut anteà, iterum ♎a, quater ita faciendo, & sic ⊖ C.C. vol. fixatur absque fœtore, cujus Usus à gv. ad ℈ß gxv côtra venenatos ac pestilentiales morbos. *Modus.*

Cl. *Ortelius* fixationem ⊖. C. C. in Processû Dresdensi hanc secretam exhibet:

℞. ⊖ vol. C. C. q. v. inde Cucurbitæ, affunde Spir. ⊕. guttatim, donec deferbeat: quando verò jam Oleum factum filtra per chartam bibulam, & in arenâ per alemb. destilla, tunc ⊖ C.C. fixum in fundo remanet sine gravi Odore, hoc exime. Solve in ▽ Rof. & coagula ter vel quater iterando, atq; sic ⊖.C.C. fixum parabis instar Crystalli ad plurimos Usûs ceu singulare Naturæ miraculum nunquam satis laudandum. Ex amic. Communic Præst. Dn. *Eichelborn*, Med.

Med. Pract. Erffurt. Fautoris & Amici singulariter dilecti in MSS. fol. 15.

Fixum volat. reddendi modus. Quomodo autem ⊖ C. C. fixum iterum volatile reddatur ita liquet:

℞. ⊖ C.C. fix.
absinth. vel Card. ben. aut ♀ depur. q. v.
In mortario probè misce, tere & affunde Sp. V. quem posteà per destill. abstrahe lentoque igne ♎ & habebis ⊖ vol. C. C. quod v. in fundo remanet, erit ♀ fix &c. Videatur *Drawitzius in Tract. Germ. de Scorb.* p. 41.

Tinctura. *Tinctura* demum *ex* ⊖*e fixo* à Cl. *Schrödero in Ph.* l. 5. *de Cerv.* f. 282. sic paratur:

℞. ⊖ C.C. fix. ℥ij
Sp. V. rect. ℥j aliis ℥iv

Digere ♂ aliquot (12) atque dein ♄ ad medietatem abstrahe, residuumque serva titulo Tincturæ ⊖is C. C. *Dosis* à gv ad ℈ß Nobiliss. D. *Sachs* hunc modum describit: ℞. ⊖ C.C. fixat. cum Sp. ⊕ affunde Sp. V. q. d. Circula, extrahendo rubr. Tinct. effunde & filtra per Chartam, dimidiam partem sine evaporare & habebis Tincturam, cujus *Dos.* g. 6. Conf. & *Hartmann. in Croll. Basil. Chym.* f. 292. &c.

Sic & insignis *liquor Confortativus* ex ⊖ C.C. & ⊕ paratur: ℞. C.C. ℥v ol. ⊕ ℥i M. ac dest. retort. aren. per retort. forti igne, ubi

egre-

egregiꝰ liquor acidꝰ procedet, ⊖ verò C.C. primū Recipienti adhæret, dein & adſcendit: Liquor poſteà rectificatus jucundi & Odoris ac Saporis erit *in Contracturis febribus malignis & peſte* ut ſummum arcanum. *Doſ.* gutt. iij ad vi in aq. Card. ben. borrag. Scorz. &c. D. *Rhefeld.*

CAP. XIV.

De

Spiritu C. C.

E C. C. quomodo *Spiritus* deſtilletur dictum quodamodo eſt Capite antecedente, ubi nempe unô ac eôdem labore ſervatis ignis gradibus cum ⊖e vol. & ∘°∘ elicitur. *Spiritus C.C.*

Si in Balneo aut Cineribus rectificetur, fit limpidus, qui efficacior manebit, Rubinique colorem repræſentabit, ſi tantùm per chartam bibulam decantatus in vitro recondatur. D. *Mœb.* *Rectificat.*

Magnus noſter D. *Jac. Horſtius in Tom. 3. Cent. Probl. Dec.* 1. q. 4. f. m. 9. hunc modum docet:

℞. C. C. molliuſc. ℔iv

Vitriol. Ungar. calcin. ℔ij

Tunde & miſc. deſtill. per A. in Cucurb. ter. cum magno Recipiente: primò prodit igne lento Phlegma ſeu aqua, & poſteà auctiori Spiritus: deſtillatum liquorem recti-

rectifica cum novi ⊕ calcinati ℔j in Cucurb. ter. per A. & purus ac pellucidus destillat, nec adeò fœtidus.

Essentificatus Hartman. A Nobiliss. *Hartmanno in Prax. Chymiatr.* f. 108. Spiritus C. C. *essentificatus* commendatur, h. e. quando in Sp. C.C. ⊖ fixum aquâ convenienti priùs extractum & volatile ritè depuratum dissolvantur & uniantur.

Debitum vehiculū. Quoniam autem ob Odorem & Saporem ingratum delicatulis nonnihil adversatur, tale vehiculum eligere necessum erit, quod nauseam hanc quidem demulcere, non tamen ejus virtutem infringere possit.

Vires in Genere. *Vires in genere* in obstructione viscerum, suffocatione uterinâ, pestilentialibus ac malignis morbis, & ubicunque discussione opus, *ἀπόρρητον* est nulli ferè secundum, ideóque à Practicis frequentissimè hodiè in usum medicum accersitur. *Dosis* à ℈ß ad ℈j in aq. appropriat.

Chymicus Haarburgensis Spiritum cum ⊖ vol. fix. & Oleo cohobato ☉ potabili vulgari præferre, eôque ceu Panaceâ uti asseritur ab amicissimo D. *Wittichio.*

In Specie internè. *In specie* autem *Internè* cum aliis compositus eminenter sua præstat officia, & quidem in *affectione hysterica* vel solo odore suo: Uterus enim insitâ sibi facultate quâdam

dam vernaculâ tanquam animal in animali multis ærumnis mulieres mulctans, uti insignis Anatomicus D. *Riolanus in Enchirid.* l. 2. c. 37. p. m. 179. dicit, ea, quæ fœdi sunt odoris, fugit, & ab benè olentia utero indita cursum flectit. Hinc utiliter exhibetur *in aq. hysteric.* cum aliis specificis, Elixiride item Uter. Croll. ad ℈j instante Paroxysmo.

Aliàs fecula etiam bryoniæ ad x vel xij grana &c. cum Castorei momento summum habetur ad omnes matricis suffocationes arcanum. *Deodat. Panth.* Hyg. l. 3. c. 26. f. 215.

Forinsecùs tamen sua quoque adimplicanda Emplastra, inunctiones, suffitûs varii, de quibus consulantur Practici.

In destillationibus frigidis ac flatibus insensibili discussione mirum levamen promittit intꝰ ac foris affrictus digitis ad ignem calefactis. Celeb. *Rolfinc. in Ordin. & method. Med. Special. Comment.* l. 6. Sect. 3. c. 2. f. 602.

In febre maligna Scorbuticâ cumprimis Spir. C. C. propter ⊖ vol. cum cochlear. vel. alio appropriato Sp. magnarum est virium, præcipuè in Succo ejusdem aut nasturt. aquat. ac beccabung. &c. recenter expresso vel per se vel cum sero lactis capr. exhibitus.

Non solum enim *Eugaleni* aliorumque

Te-

In Spirit. Essent. atq. succis major Efficacia.

Testimoniô, sed etiam Experientiæ usu longô comprobatum est, multò majorem efficaciam esse in Spiritibus vel Essentiis atque succis, quàm in aliis.

Potest insuper aliquid succi acetosæ admisceri, si adsit nimius Calor; vel aq. Cinam. & Sacchar. ratione Ventriculi aliarumve Circumstantiarum. E. g. ad hujusmodi malum profligandum inter alia necessaria mixtura talis esto:

℞. Suc. herb. Cochlear. rec. expr. nasturt.
aq. à ℥ij
Chelidon. min.
acetos. ā ℥j
M. cum haust. Ser. lact. Capr. q. v.
add.
Spir. C. C. ʒß
aq. Cinam. par.

F. potio, de quâ sumat æger quotidiè pro necessitate, manè supersudando per horam, aut quantum vires ferunt.

Vel ℞. h. Cochl. beccabung.
acetos. rec. ā mj
Ser. lact. Capr. q. s.

efferveant in vase duplici clauso, & stent infusa donec refrigerentur.

Col. pro singul. Dos. ℥iij vel ℥iv
add.
Syr. è suc. Cochlear. vel Sceletyrb. *Forest.* ʒvj
Spir.

Spir. C.C. ℈j

M. pro unicâ Dosi, atque ita consequenter reliquis diebus, quantum opus.

In peste Spiritui huic Virtus alexipharmaca diaphoretica non deneganda, cùm in sudore movendo, sangvine mundificando, principalibus visceribus roborandis, inquinamento pestilente dissipando multùm valeat. Enimverò uti C.C. crudum ac præparatum cum ⊖e adversus malum istud usurpatur: Ita etiam Spiritus sæpe pro Qualitate morbi ac subjecti majori cum fructu adhiberi poterit. Unde & Nobilis. Dn. J. *Dan.Horstig* in *Pharmac.Cath.* l.12.de *Antidot. theriac.* f.365.n.29. Elect. pestil. simul inseruit.

Cl. D. *Mœbius* quoque ex eo singularem mixturam alexipharmacam descripsit, quæ in cap. 13. paulò ante videre est. *Mixtur. alexipharmaca.*

Sub calcem hujus capitis ὡς ἐν παρέδῳ annectere placet, quomodo C. C. tota sua substantiâ cum Ol. & ⊖e in spiritum fugacissimum verti possit. *Spiritus C. fugacissimus.*

V. g. ℞. ras. C.C. ℔iv

Sal infernal. ℔ij

M. exactissimè, injice posteà cochleare unū post alterum in retort. candefactam, in ventris capacitate superiori tabulatam, cui receptaculum amplum & capacissimum rostro firmiter annexum sit, tubulum-

O que

que propediem obtura, & videbis Materiam injectam paulò pòst incendi, atque receptaculum nebulosis vaporibus repleri, quibus sensim evanescentibus receptaculum pellucidum redditur, quo apparente, injice iterum, & ut anteà procede, sicque totum C.C. abit in Spiritum fugacissimum.

Externè. *Externè* in *arthritide vagâ* Excellent. D. *Sachs* Sp.C.C. unione ac digestione cum Sp. ☿ comp.lign.Guajac.fl.Sambuc.&c.egregiè ☿um resolvere & ⊖ vol. nervos quod feriendo dolorem excitat, discutere per sudorē scribit in *Ampelograph.*Sect.7.c.4.p.617.&c.

CAP. XV.

De Oleo C.C. & Vnguento.

°° C.C. OLeum C.C. in destillatione Spiritus simul procedit, atq; ie à Spir. & ⊖e vol. per tritorium separatur, aut per chartam emporeticam madefactam, eô modô, quô cap:priori 13.& 14.adductum. Vid.& *Wekker.* l. 2. *Antidot. Spec.* c. 18.

Rectificat. *Rectificatur* autem per se, vel adjectô Spiritu V. exaltatur in balsamicum liquorem, pellucidum, sub rubinescentē, prout celeb. Dn D. *Guern. Rolfinck.in dissertat.* 5.*chym.in art.form redact.*l.3.*Sect.*2.*artic.*2.*c.* 4.ponit.

Alias °° C.C. fætidū optimè corrigitur, si supra Colcothar ⊕ funditur, & ab eodem

per

per retort. destillando rectificatur, vel una atq; altera cohobatione cum C. C. usto. ex collect. Cl. Dn. *Schellhammer*.

Aut ℞. Limat. C.C. q. v.

Coq. in s. q. ▽. ad tertias, inde per B. aqua detrahatur, tum cornua exempta indantur in retort. adjectis laterum frustulis, elicietur ⁂ clarum.

(ex aq. verò additô Saccharô fieri potest *Syrup*. ad necandos infantium vermes præstantissimus.)

Præclar. Dn. *Mœbius* hunc modum docet: Solv. in Spiritu V. (de cinam, & theriaca abstract.) per minimas atomos, ac si esset extractum seu Elixir quoddam: vel

℞. Spir. theriac. Camph. ℔ß

⊕ aut ⊖is ʒij

⁂ C. C. ʒj

M. digere, filtra.

Nonnulli & cum camphora rectificant; quod in peste conveniens medicamentum sit pro sudore.

Hinc d. *Rhefeld* & *camphoram Cervi* natam ita parab. *Camphora Cerv.*

℞. Ol. C.C. p. i. Camph. p. iv

M. lenissimo △. para expone frigori quoad condensetur. Sign. ut ante.

Exc. D. *Schellham*. etiam ⁂ ex ⊖ vol. C. C. parare docet, si ⊖i infundatur Sp. V.

rectificatissimus, solv. in calore, & fiet oleũ rabicundissimum.

Usus interior rarior. *Usus interior* rarior est propter ingratum plerumque saporem.

Interdum tamen non modo *ad pestem*, præsertim cum Camphor. & ex ⊖ vol. paratum, ubi *sudoriferum* audit potentissimum; sed etiam *in aliis affectibus malignis, hydrope ac vesicæ calculo* ceu penetrantissimum usurpatur remedium, si scil. guttæ aliquot cum vehiculo conveniente debitè propinentur.

Exterior frequens. *Exterior* usus frequens est *in Cerebri affectibus frigidis*, Commissuræ Coronalis ac Sagittalis, nec non occipitii & primæ vertebræ articulationis regioni illitum.

Similiter & *in* reliquis *artuum frigidis molestiis* inungitur dolentibus locis cum spiritu quod arthritico vegetabili dilutum: ob λεπτομέρειαν namque poros penetrat, ac per ἄδηλον διαπνοὴν discutit. Conf. Exc. *Rolfinc.* l. ant. cit. f. 602.

Quam *maximè* verò *in Colica* ceu insigne carminativum umbilici regioni affrictum, in intestinis dolores excitantes flatûs dispellit, uti quoque *in execando verme* saltèm illitum mira præstat.

Ungventum anodynum C. C. Tandem ex C. C. à *Gvil. Simonid.* etiam *ungventum* conficitur *Anodynum*, quod summè

mè prodest in atrocissimis Scorbuto-Colicis doloribus, tum etiam in pareticis ac podagricis, aliisque torminibus, cujus descriptio apud nominatissimum D. *Schröderum* extat *in ph. med. chym.* l. 2. c. 87. f. 306. it: Præcell. D. *Joh. Dan. Horst. in Pharmacop. Cathol. part.* 1. l. 8. c. 19. f. 243. quæ ita habet.

℞. C. C. dimidium minutim incisum, ponatur in cacabo vino pleno, additô semper vinô q. s. bulliant ad vini consumptionem, deinde abjecta crassiore C. C. parte, medulla remanens fricetur manibus, inq; pulverem redigatur, huic adde

ꝏ abrotan.
Hyperic.
aneth.
Scorpion.
lumbric. ter.
nucum
laurin.
rut.
Spic.
Sabin. ā ʒß
axung. human. ℥iß
Castor. ʒij
nitr. ʒiß
euphorb. ʒj
M. F. l. a. Ungventum.

CAP. XVI.

De Lachrymis Cervi.

Lacryma Cervi. CErvis ficuti bimis in capite Cornua : ita & *antiquioribus* (juxta communem sententiam) *in oculorum angulis lacryma* die Hirsch/Thränen/ seu Sordes, ut vocantur *Scribonio*, reperiuntur, velut Cera, aut Gummis indurata odoris principiô aliquantulum gravis, tandem fragrantis, quæ succeſſu temporis eâ duritie, quâ Cornua vincit, concretæ indurefcunt & quaſi lapideſcunt, unde quoque lapis vulgò dicitur, der Bezoar oder Biſem des Hirſches.

Quando detur. Acutiſſimus Subtilitatis Magiſter *Scaliger Excrc.* 112. ad *Cardanum* p. 422. de Cervi lacryma ita ſcribit : Ante centeſimum annum in cervo nulla eſt : poſt eam ætatem accreſcit ad oculi canthum ipſis oſſibus, atque in os protuberans concreſcit eâ duritie, quæ cornu ſuperat. Quâ parte prominet, rotundum eſt, inſigni nitore, coloris fulvi, non ſine veſtigiis atriorum venularum, tantâ lævitate, ut penè tactum effugiat : ita enim ſeſe ſubtrahit, ut propemodum ſeipſum movere videatur.

Exc. *Schröderus* meminit, quod lacrymarum harum aliquot fruſtula colore obſcurè

scurè fusca, consistentiâ cerea, pilis immi- „
xtis referta, dono liberali sibi impertita sit, „
Illustrissima Saxoniæ Princeps *Sophia Ele-* „
onora, Conjunx Illustriss. ac Celsiss. Prin- „
cipis ac Domini, Dni *Georgii Hassiæ Land-* „
gravii &c. cujus pientissimi & desideratis- „
simi Principis Gloriosissima memoria „
nunc in perpetua benedictione! „

Eis non absimiles lacrymas se possidere ad Præclar. & Honoratiss. Dn. Collegam D. J. M. *Fehr* scripsit Nobiliss. *Sachs à Lewenhaimb*, quæ cum descriptione *Schröderiana* exactissimè congruant Cervo in Silesia in Comitatu Plesnensi detractas, qui Cervus ante aliquot annos ab Illustriss. & Generosiss. Comite *Promnizio* ejus loci Domino captus fuerat. ex benign. Communic. prælaudatiss. Dn. D. Fehr.

Tales quoque lacrymas in museo suo asservat Magnificus & Prænobiliss. Dn. J. L. *Bausch*. Medic. & Præses noster colendissimus.

De modo autem *Generationis* Autores ita scribunt: Cervus sentiens se senectâ & morbô gravari mirabili antipathia ac Naturæ instinctu serpentes nariumSpiritu è terræ cavernis extrahit, elicitos pedibus conculcat, conculcatos & dilaceratos devorat, ut juvenescat & vegetior evadat. Quemadmodum *Modus fiendi.*

O 4 &ju-

& juxta *Conr. Mutschler de Bazoart. anim. ver.* c. 12. p. 73. & seqq. leprosi quidam à potu vini, quo viperæ fortè suffocatæ fuere, pristinæ valetudini restituti sunt. Confer *Plin.* & *Aristot.* l. c. *Ælian. de animal.* l. 2. c. 9. p. 81. *Agricol.* f. 39, 40, 41. & 42. *Primiros. de vulgi err.* l. 4. c. 36. p. 445. D. *Mœbium* f. 5. *Gvil. Johnson. Lex. Chym.* l. p. m. 122. atque alios. Hinc *Martialis*:

Cervinus gelidum sorbet sic halitus angvem.

Et ante eum *Lucretius* non invenustè:

Naribus alipedes ut Cervi sæpe putantur
Ducere de latebris serpentia secla ferarum.

Quod verò dum factum maximâ Cervus infestatur siti, ad cujus levamen mox ad fontes seu aquas stagnantes anhelô cursu accelerat

Simile Sacr. (quod ipsum divinus *Psalmistes* innuisse videtur, dum ait: sicut Cervus glocitat adspi-„rans ad alveos aquarum: Sic anima mea „glocitat aspirans ad Te DEus. Ps. 42. v. 2.) quibus ad labrum usque aut collo-tenus sese immergit, (cancrorumque esum, ut vult *Aristot.* & cum eo *Jonstonus*, insequitur) tam diu, quo usque venenum evomat, aut sentiat virtutem veneni superatam. Confer. inter alios etiam Ampliss. & Clariss. Dn. *Joh. Roger. Weir.* inclytæ Reip. Erffurt. quondam

Consi-

Consiliarius Gravissimus, Honoratissimus *in dissertatione suâ Revocatoria* Anno 1651. super causis fictitiæ Religionis Pontificiæ ad fidem verè Catholicam emendatæ die 6. Octobr. Lipsiæ majori in Principum Auditorio solenniter proclamatâ f. 21.

Petr. Hispanus autumat, quod bibat tantum de aqua, quò caro ejus infletur & extendatur, à qua continui solutione suam senectutem renovet, novasque vires acquirat.

Ab eo postmodum oculi illius lacrymis lentè stillant, quæ in canthis oculorum stagnantes (nonnullis in humum delapsis) vicedine suâ ab externo aëre coagulantur & n lapidem nucis juglandis magnitudine coalescunt. Postea ut Cervus visus impedimentum abstergat, oculos arboribus affricat, deciduumque quærunt homines cumprimis venatores, lapidemque Bezoar (sed minùs rectè) appellant, quo Medici deinceps in venenorum expulsione lapidis Bezoarici locô multô preciô magno cum fructu assolent uti. Vid. *Ruland. de luis Ungar. Curat.* c. 7. *hist.* 10. p. m. 207. *Heurn. method. ad prax.* l. 20. O. 26. p. m. 451. *Deodat. in Panth. hyg.* l. 1. c. 8. f. 70. & c. 12. f. 114. D. *Mœbius* l. c. f. o. &c. *Lap. bez. Cerv.*

Quidem à communiter recepta hac opinione divortium facit Cl. *Sperlingius in Zoo-*

Cervi antipathia cum serpentibus negatur à Sperling.

log. Physic. posthum. à *Dn. Kirchmaiero* edit. „ l. 3. c. 12. *quæst.* 4. p. 218. dum inquit: Qui „ cervos, cavernas, in quibus serpentes latent, adire, vehementer suspirare, & spiratu hoc narium serpentes extrahere, extractosque pedibus conterere, in frusta „ lacerare & omnia devorare dicunt, rem „ non nisi in libris visam memorant. Non „ enim vescitur, ait, Cervus carne, neque „ serpentis, neque piscis, neque bovis. Abundant & Cervis regiones nostræ, neque serpentes nobis desunt. Extractio ista hactenus à nemine observata est, neque extractionis ratio explicari potest: Cervi Spiritu invitum serpentem atque renitentem nunquam traxerit. Et cur non canis, lupus, ac „ eqvus præstaret idem?

Similiter & *Contrarium* statuitur *in Acera Philologica Cent. 3. hist.* 85. p. m. 364. &c. Ubi non solum illud de serpente commentitium aut fabulare habetur: verum etiam de lacryma vel lapide Bezoar dicto, falsum, vanum atque fictum putatur: veriusque & citra omnem hodie dubitationis aleam positum esse lapidem illum Bezoar in Damæ Indicæ ventriculo generari ac reperiri censetur, quod ipse quidem ceu à vero plane diversum neutiquam probo, æquè parum ut istud de negata antipathia Cervi ac Serpentum.

Confirmatur experientia.

tum. Cujus fidem mihi fecit venator quidam veteranus, qui ultra 40. annos feras persecutus rem istiusmodi & plura alia mira sagacitate expertus, ceu oculatus testis asseveranter locutus est. *Confirmatur experientia.*

Cæterum *depuratur* etiam lacryma Cervi, quo majorem virtutem exserat, diversimodè. Inter alios verò ejus depurationem habet *Sala in plant. Spagyr.* p. 191. ubi vid.

Quoad vires in genere juxta Cl. *Schröderum in Ph.* f. 283. l. 5. lacrymæ Cervi siccant, adstringunt, corroborant, sudorem movent, ideoque adversus venena, morbosque contagiosos quam summè celebrantur, ut vel cum lapide Bezoar viribus certare credantur. Conf. Nobil. D. J. D. *Horst. Pharmacop. Cathol.* l. 8. *de remedic.* c. 5. f. 233. It: D. *Becher Parnaß. med.* l. supra cit. f. 32. qui de iis hos rhythmos concinnat: Die Hirsche Thränen nempt / so viel 6. gran betrifft / mit Mithridat vermischt / sie widerstehen dem Gifft. *Vires in genere.*

In specie autem prout ad D. *Schröderum* modo laudatus D. *Horstius* scripsit, prosunt *in difficultate partus*, adeò ut earum virtus nuper adhuc sit comperta in mortuo etiam fœtu expellendo. *In specie.*

Dos giij. 10. &c. Vid. celeber. D. *Bauhinus de lap. Bez.* c. 8. & 9. Ut plurimum verò

contra

contra febres malignas propinantur ceu alexipharmacum homini præstantissimum. Hinc & *peste* correptis dantur cum vini vel aquæ bezoardicæ modico, unde tantus, inquit *Scaliger* l. c. cietur sudor, ut pene totum corpus solvi putes. vid. & *Heurn. method. ad prax.* l. 2. c. 26. p. 451.

Quod si placet forma talis esse potest.

℞. ras. C. C. ℥iij
C. C. Ph. præpar.
Ofs. de Cord. C. ā ℥iij
lacrym. Cerv. de pur.
margar. præpar.
Pulv. pannon. rub. ā ℈iv
Mithridat. opt. ℥ß
Aq. theriac. camph. ℥ij
essent. C. C.
Spir. C. C. ā ʒj
Syrup. acetos. citr. q. s.
M. F. Elect. moll.

De quo ʒj plus minus cum aq. bezoardica è typh. C. C. contra malign. Senn. vel alio vehiculo appropriato sumere licet ad sudorem debite eliciendum.

Ad Virulentum *Icterum* à *Baricello in Hortul. Genial.* p. m. 46. ex *Avenzoar.* l. 1. *tract.* 13. (de quo in præfat. dictum) commendantur, dum de Cervi lacryma ejusque in ciendo sudore potentiæ ita loquitur: Eum tria

tria grana Azir, Filio Regii magiſtri equitum in lacte, aq. cucurbitæ aut roſ. exhibuiſſe, illumque à virulento Ictero liberaſſe.

Ad calculum etiam lotiumque hinc ciendum ſpecificâ quaſi ſignaturâ ac totius ſubſtantiæ ratione uſum habere poſſunt, ſi nempe non neglectis neceſſariis intus ac foris adhibitis vel per ſe vel cum aliis appropriatis in Syr. Dialth. F. fragor. Viol. cum aq. Saxifrag alkekengi antinephritic. &c. debitè aſſumantur. Conf. *Croll. de Signatur. Hartmann. in pract. chym. Schröder. Ph. med. chym.* l. 1. c. 38. f. 89. & alii.

Atque paucula hæc de Natura, Virtute ac uſu ejus lapidis adducta, à quolibet experientiâ propriâ tentari queunt; ea enim ceu vera ſupra probationem teſtis eſt factum ipſum teſtantis, quam adeò facile negare non cuilibet erit licitum. *Experientia rerum Magiſtra.*

CAP. XVII.

De

Corde (ervi illiusq; præparatis, Aqua, Eſſentia, Spiritu, Oleo ac Sale.

Cum ignobiliorum animalium excrementa etiam viliſſima vim habeant commendatitiam ad plurimos affectûs ſanandos: ut ad morſum canis rabidi, dolores

Ignobilium animalium excremẽta etiam utilia.

res item Colicos & nephriticos *stercus hirundinum*; ad vertiginem atque Epilepsiam *pavonum*; ad anginam *nidus hirundinum* ac *stercus Caninum* (quod facetè officinis *album græcum* vocatur) ad hæmorrhagiam *porcinum* & *asininum*, ad morsum apum & vesporum, arthritidem, inflammationes ac dolores mitigandos *vaccinum*: ad colicam pariter ac strangulatum uteri, fœtumque mortuum ac secundinas expellendas *equinum*: ad phlegmonem v.g. gutturis, anthraces pestilentiales ac dolores in cantatione introductos *humanum* &c. quod etiam intrinsecùs ab *infantulo* primùm siccatum, pulverisatum & ad complures dies propinatum Epilepsiam radicitus evellere perhibetur: ut ne dicam jam *de urina animantium* e. gr. de *urina apri* & hirci; quæ specificè vesicæ calculum comminuere, eumque expellere creditur: *asini*, quæ verrucis ac callis (sicut & *canis*) membrorumque atrophia ac paralysi, podagricisque doloribus mederi scribitur: *ovis* quæ ad hydropem convenit maximè destillata; & demum *hominis urina*, quæ *per se ac præparata* adversꝰ infinitos affectûs usurpari potest, vel *intùs* in Epilepsia, in obstructionibus hepatis ac lienis; in icteritia, urinæ retentione: in febribus intermittentibus atque etiam peste: vel *extrinsecus* v. g. in

tinc-

tineis capitis, oculorum rubedine & suffusione, in Scabie, artuum tremore ac pluribus aliis rectè scil. ac debitè adhibita, de quibus omnibus præter Cl. *Hartmann. Pract. Chymiatr.* D. *Hieronym. Reusneri Synops. de remed. ab urin. desumtis*; Item *Tabernamont.* Wasserschatz videri potest, Exc. Dn. *Beckheri* Doctoris olim mei suspiciendi *microcosmus Medic.* l. 1. c. 9. f. m. 34. & seq.

Pariter etiam multo magis nobilissimi animalis *Cervi* nostri *partes* & *cumprimis principaliores*, inter quas *Cor* hoc suô propè jure primas tenet, in medicina præstantissimum obtinebit usum. *Magis partes Cervi utiles.*

Et nunc quid. *Cor* quod attinet, quia namque Cor ipsius vitæ principium est, fons caloris ac vivifici nectaris ῥίζωμα & Scaturigo, facultatis vitalis ac sangvinis spirituosi primus auctor, quô vigente vigent omnia, langvescente langvescunt, intereunte intereunt, factumque à Natura fibrosæ, duræ ac siccæ substantiæ, ut si benè coquatur, nec malum succum, nec paucum præbeat, eumque stabilem ac firmum: ideo quoque ex Natura cordis ejusque spirituum & sangvinis elucet, inter remedia, quæ adminiculo cordi futura sunt, ipsum profectò insigni vi ac facultate dotatum esse, totiusque substantiæ proprietate, & ob occultas quasdam quali- *Cor vitæ principiũ, est boni succi ac nutrimenti.*

qualitates, uti aliàs, maximè cum corde hominis singularem habere συμπάθειαν, rectèque *appropriatum roborans* existimari, qvod scil. cordis, quod respicit calidum nativum, ejusque vitalem potentiam, firmandi, conservandi atque instaurandi vim possideat. Vid. *Mag.* Ph. p. 422. *Sennert.* T. 1. f. 588. & 625. *Heurn.* l. c. p. 169. Qua de causa etiam.

appropriatū cordi remedium.

Vires. *Quoad vires ad cordis affectus* v. gr. ad virium imbecillitatem, palpitationem cordis ac syncopen summa habetur medicina, hinc pluribus (sicubi copia ejus) & ante morbum & quovis ferè morbi tempore ac post morbū in frequenti usu est vel per se in substantiâ, præsertim assumtum, aut formâ pulveris, vel cum aliis præparatum.

Præter Celeb. Dnn. D. *Bez.* D. *Michael.* D. *Dörer.* & alios inclytus noster *Sennertus* *Tom.* 1. *Instit.* l. 5. *part.* 3. *Sect.* 3. c. 5. f. 791. pro analeptico ex eo ceu basi hanc *aquam cordium* additis medicamentis cordialibus ordinat:

Aqua cordium Sennerti.

℞. Cord. Cerv. in taleol. Sect. num. iij
porc. vel bov. similiter præpar. nū ij
Caryophyll. galang.
Sem. basil.
mac. ā ʒiij
fl. buglos.

borrag.

borrag.
rorismarin. ã pij
Temperentur in vino malvatico
& destillentur in aquam.
Vel ℞. Cord. Cerv. rec. bene expurgat.& vin. lotor. numero iij
Coq. in f. q. aq. font. ad perfect. seu mollitiem, postea incid. minutissimè & add.
Caryophyll.
galang. ã ℥ß
basil.
mac. ã ʒiij
fl. buglos.
borrag.
rorismar.
meliss. ã mß
macerentur per noctem in vino malvat. & destil. per alembic. Vitr. destillatum rectificetur.

Dosis cochlear semis vel integrum plus minus. Conf. etiam Cl. *Heurn. meth. ad prax.* c. 5. & 8. &c. Item *Sennert. Tom.* 2. l. 2. pr. part. 4. c. 4. f. 770. *ad cordis palpitationem* seq. aq. præscribit.

℞. Cor. Cerv. numero j
meliss. mj (ut quæ mirâ vi Cor firmat ac lætitiam parit grata cunctis visceribus.)

P fl. Cor-

fl. Cordial. mß
Cort. citr. ℥ß
Sem. Ocym.
Caryophyll.
Cinamom.
Santal. citr. ā ʒj
Croc. ʒß
affund. vin. q. s. destillentur.

M.rcati. *Mercatus* hanc commendat:

℞. Cord. Cerv. numero iij
turtur. numero ij
Caryophill.
Galang. ā ʒijß
mac. ʒij
fl. buglofs.
borragin. an. p. j
rorifmar. p. ij
Affund. vin. q. s.
Stent per noct. postea destillentur.

Præcellentissimus D. *Greg. Horst. Tom.* 2. *observ.* 16. l. 3. f. 138. ex *Platero* aliam commendat aquam, quæ

Aq. de Cord. Cerv. Plateri.

℞. Cord. Cervi ℔j abl. vin. malvat. & incid. in portiones parvas addendo fol. melifs. majoran. ā mj fl. buglos. borrag. viol. ros. scabios. tunic. coronar. ā pj sem. ocym. ʒj citr. ʒß
Caryophyll. ʒij Cinam. ʒvj
mac. santal. citr. lign. al. ā ℥j

Inci-

Incidantur & contund. add. vin. malvat. ℔iij suc. limon. vel citr. ℥j F. destill. in B. M.

Similem ferè tradit Nobil. à *Mynsicht*, cujus descript. in *Armament.Sect.* 19.p.m. 277. videre poteris.

Alia Cl. *Döreri* aq. C. C. Lipsiæ usualis hæc est. ℞. Cor Cervinum, scinde in frusta tenuia, lotum ac à sangvine purgatum inde vitro, add. rasur. ligni sassafr. ℥ß Caryophyll. nuc. mosch. ã ʒj gran. paradis. cardamom. galang. Calam. aromat. ã ℈ij fol. anth. ros. rubr. viol. borrag. ã pij summitat. melis. mj sem. citr. Sinap. alb. ã ʒß Incis. & Contus. grosso modo affund. Vin. Rhen. ℔ iv. digere & destilla lentò △. *Döreri.*

Aq. Cord. Cerv. Cl. D. *Bebr. Argent:* talis est

℞. Cord. Cerv. rec. num. ij fol. meliss. mij menth. Ceterach scolopend. fl. borrag. buglosss. Viol. tunic. ã mj anthos pæon. basilic. sambuc. lavend. ã pij cort. citr. rec. ʒiv. rad. buglosss. ʒiß sem. basilic. Coriantr. citr. cardamom. ã ʒij mac. santal. citr. cinam. ã ʒß Caryophyll. ʒij incis. grosso modo macerentur in vin. malvat. ℔ij aq. borrag. buglosss. ã ℔iv. Card. ben. ℔j nymph.

℔iß.F. infus. per 24. hor. add. Croc. in pet. ligat. ℈j

Alia Cl. D. *Engelhardi* Archiatri Anhaltini famigeratiſſimi hæc eſt:

℞. Cord. Cerv. adhuc calent. (recentiumve nonnihil etiam madidor. ſangvine) num. ij diſsecentur, indantur in Cucurbit. amplam, adde fol. meliſs. odorat. mij fl. majoran. borrag. bugloſs. ā mij granor. cherm. cort. citr. ā ℥vj ſem. baſilic. citr. ā ʒiij ſantal. citr. aloes lign. ā ʒij mac. Zedoar. Galang. ā ℥iß Caryophyll. ʒß Cinam. ℥iij Croc. ℥j incif. ſuperfund. vin. malvat. ad eminent. 2. digit.

Theriacæ laus. Cl. *Heurn*. l. c. c. 5. p. 188. inter cordialia cætera maximè quoque laudat *theriacam*, unde circa corroborantia apprimè obſervandum docet, quod cuncta, quæ Cor ſtabiliunt, ac illud lætius reddunt theriacalem vim ſortita ſint, ideoque & omnia ferè remedia cætera præcellant theriaca & mithridatum, ubi cor affectu aliquo obſidetur, planèque inſpiratione divinâ eam fabricatam fuiſſe exiſtimat *Avicenna*.

Sic & *Mercurialis* theriacam, præſertim in materia frigida extra adhibitam celebrat, narratque *Maximilianum Imperatorem*, cui palpitatio cordis familiaris fuit, ſibi retuliſſe,

ſe, ſe nullum remedium illâ melius inveniſſe. *Sennert. Tom.* 2. f. 770.

Hermetici in Curatione affectuum cordis ad ſpirituum vitalium confortationem ea adhibenda monent, quæ ſpiritus vitæ oppilationem reſerant, fumos cacohymiales diſcutiunt, balſamumque innatum ſummè fortificant. Hinc utuntur eſſentiâ, tinctura & Spir.☉ Corall. margar. lapid. precioſ. Croc. ambr. moſch. *Deodat.* l. 3. f. 147. *Petræus in differt. Harm.* 21. f. 368.

Paracelſus de præpar. tr. 5. *de metall.* extollit aur. præpar. ℈j in aq. lavend. per alcohol vin. extr. &c.

Alias efficaciſſima Compoſitio hæc cenſetur:

℞. ☉ poculent. ver. ℈ij
Ol. perlar. cum ol. nuciſt. diſſol. ℈v
Succin. ℈ij
M. detur manè cum aq. Cord. C. *Cord. C.* Ceraſ. borrag. lil. convall. vel cum ſpir. Roſ.

Aut ℞. raſ. C. C. ʒij
Oſs. de cord. C. ʒj
☉ diaphoret. ℈j
⊖ vol. C. C.
Succin.
Corall.
perlar. ā ℈ß

Ol. St. Cinam.
Caryophyll.
Camphor. ã gj
F. pulv. Cardiacus.

Dosis ℨß pro ratione subjecti cum aq. citr. Syrup. Corall. vel confection. alcherm. modico. A quibusdam ex corde simul & principalioribus visceribus *Cervi Aqua antihectica* paratur ad Phthisin atque Hecticam valde utilis, de qua alias. Ulterius ex corde Cervi etiam *Essentia* acquiritur, ad eosdem affectus multis viribus efficacissima. De hac insignis *Petraeus* l. c. f. 368. ait: Essentia ex corde Cervi cum spir. alcolis. melis. aliove menstruo accommodato extracta, Cor praeclarè roborat Syncopae, Cordiacis, tremori &c. conducit, docente *Quercetano de med. Spag. praepar.* c. 9. f. 107.

Aq. Cerv. antihectica.

Essentia Cord. C.

Quod si etiam per aquam seu *lachrymam vitis* mense Mart. amputatis palmitibus collectam & destillatam, ut Croci essentia, fieret ad spiritus vitales langvidos reficiendos procul dubio plur. faceret. Conf. *Deodat.* f. 146.

Tandem quando ignis regimini subjicitur, ex illo quoque per alembicum primò *Spiritus phlegma insipidum*, deinde *Spiritus* odor ac sapore C. C. aemulans, postremò *oleum* ac ⊖ vol. omnia in notabili quantitate eliciuntur.

Spiritus phlegma insipidum, *Oleum & ac ⊖ vol. cord. C.*

tur, quæ ejusdem ferè facultatis cum cornu æstimanda.

Inprimis verò *oleum cordis Cervi cum spiritu* emergens cordis nostri balsamo, radici vitæ multas fert suppetias, guttarum paucarum pondere in vehiculo convenienti sumtum. Dn. D. *Rolfinc. in dissert.* 5. ant. *cit. contin. operat. chym.* l. 3. *Sect.* 2. *artic.* 3. c. 4. *Virtus.*

An verò loco cordis Cervi in illius defectu assumi benè possit Cor bovis (ut pro osse ejus ossicula) hirci, porci &c. Vid. *Plater.* l. 1. *obs.* 5. p. 220. *Hildan. de Gangran.* c. 12. p. m. 667.

CAP. XVIII.

De *Osse cordis Cervi, ejusq; magisterio & essentia.*

QUemadmodum D. O. M. inter reliqua animantia totum Cervum: sic peculiariter ipsius cordis fabricam mirandâ planè sapientiâ absolvit, in cujus nempe basi arteriarum concursus notatur, qui in Cervo juniore à *Renodæo* cartilaginis instar habetur; in annoso autem juxta Cl. *Schröderum* & alios cum ætate & inprimis turgescentiæ tempore durior fit, & demum in *os cruciforme* interdum decussatim intersectum, degenerat.

Os cordis Cervi Æliani l. 13. de Anim. c. 45. p. 776. Venatores *crucem Cervi* nuncupant, Germani das Hirsch-Creutzlein/quidam Cartilaginem nerveam vocant.

Locus & Situs. *Andernacus* finiſtrô detectô ſinu maximèque arteriæ totâ baſi apertâ, ſi radices illius & & membranarum ſequaris, inveniri tradit. Nam arteriæ aortæ, venæque arterioſæ & membranarum earundem radix ex oſſea illa cartilagine cordis procedit.

Geſnerus in Cordis baſi inter auriculam majoris ventriculi & Coronariam venam os dari ſcribit, additque de ſangvine id cordis eſſe ſubrubrum & melancholicum: quidam verò de vapore ob ſiccitatem in oſſeam ſubſtantiam converſo. *Unde fiat?* Ego potius à reliqui ſeminis glutinoſi & magis frigidi craſſamento (velut Cartilago & os) vel à ſangvine crudiore mediante partis calore & ⊖e coagulante fieri puto: Subjungunt denique nonnulli non alio tempore inveniri, quam eô, quod inter duos Divæ Virginis feſtos intercedit dies h. e. à medio circiter Auguſto ad Idus Septembris.

Qualitas, quod *Quoad Qualitates* nunc *ac vires*, Os, quod in corde Cervi reperitur, *frigida ac ſicca* eſt *Natura*, & ſingulariter com̃uni omnium ferè ad unum̃ conſenſu *ſpecificâ* quadam *proprietate Cor roborare*, idque à malignitate tueri ac liberare, imò contra omnia

vene-

venena mirificè præstare (nisi fortè pro iis, ut sæpe in officinis pharmaceuticis solet, ossa de corde bovis evendantur) præter experimentum ratione confirmatum est. Vid. *Ruland. de morb. ungar.* p. 207. & 722. D. Joh. *Dan. Horst. ph. Cath. part.* 1. l. 8. c. 19. f. 239. *Schröder. it. Grembs.* l. c. f. 65. atque alii: quo fit etiam, ut antidotis, quæ pestilentiæ & venenis adversantur, ut plur. misceatur. *Guil. Fabric. Hildanus in tract.* Von heissen und kalten Brandt. c. 12. p. m. 666. &c.

Nimirum quoniam benigna mater Natura Cordis præprimis sinistræ parti sinum amplissimum insculpsit, in quo tanquam in publica quadam officina spiritus vitales conderentur, ut inde his vehiculis veluti è promtuario quodã animæ vires emissæ vitali vigore universam corporis œconomiam rigarent, atque ab his, qui quasi sopitus jacebat in singulis membris calor, excitatus vitali vi ea animaret; quid mirum, si per tanti temporis intervallum singulari hac facultate etiam cordis pars, præcipuè sangvinis & Spirituum vitalium canales arteriæ, potissimum in basi ejus dotatæ & quasi imprægnatæ videantur, quò sicuti aliæ corporis partes, ut Cornua & lacrymæ &c. ita & eo magis os illud cordis (quanquam. *John-* *Cor spiritus vitalis officina.*

 son.

son. in Lex: chym: ex *Helmont.* p. 115. Virtutem succo cuidam lacteo & mucilagineo adjudicat, qualem contingit è limatura Cornu Cervini elixando extrahi) tanquam vitalis potentiæ firmamentum singulari virtute bezoardicâ præditum fiat. *Heurn.* p. 168. unde

In specie. *In specie* magis usus ejus tam ad præservationem quàm Curationem malignorum ac pestilentialium morborum commendatur, præsertim si & extremæ tenellorum Cornuum cuspides in destillato ex iis liquore jungantur: Unde & haud ineleganter D. *Becherus in Parnass. Med. Zoolog.* l. c. f. 31. scribit rhythmo hoc germanico:

Das Hertzen-Bein zerstost / daß es ein Pulver sey/
Ein halber scrupel steht dem Hertzen trefflich bey.

Et quidem *in actu præservationis* præmissis præmittendis Illustris *Sennertus Tom.*

Actu præservat. 2. l. 4. tr. c. 4. f. 126. formâ pulveris præ aliis hoc cardiacum satis efficax describit:

℞. rad: torment. ʒj.
Zedoar.
scord. card. ben.
acetos: ā ʒß.
sem. citr.
acetos: ā ℈j.

C. C.

C. C. ust. præp. ʒß.
Off. de cord. C.
ter. sigill.
ocul. 69. præp.
bol. armen. ver. ā ʒj.
F. pulv.

Sic Cl. *Montagnana* in peste anno 1626. pulveri suo prophylactico addit : de quo teste Dn. *Sennerto* T. 2. f. 243. scribit, quod nunquam viderit aliquem mori, qui illo usus fuerit, cujus descriptio hæc est :

℞. bol. armen.
Cinam. elect. ā ℥j
rad. dictamn. alb.
gentian.
tormentill. ā ʒijß
Sem. citr.
acetos. ā ʒij
Ocym.
Santal. omn. ā ʒiß
Ofs. de Cord. Cerv.
margar. præpar.
Sapphir. præp. ā ʒj
F. pulv. præservans.

Vid. quoque *Petr. Forestus* l. 6. *obs.* 16. de pestis *præservat.* f. 175.

Clar. Dn. Paul. *Juch.* Medicus Erffurt. longè celebratissimus &c. una cum illo bez. min. in omnibus malignis ac pestilentiali-

bus,

bus, ceu ſpecificum ferè alexipharmacum paulò ante obitum(cùm ad 14. diem nephr ticâ paſſione, urinæque ſuppreſſione omn modâ graviſſimè laboraret) ſingulariter commendabat.

Eadem ratione & confectiori liberant jungitur, cujus deſcriptio conſignata prc ponitur in pharmacopæia Auguſtana f. n 184.

Item *in forma Elect. Gvidonis* contra p ſtem, quod alii *Elect. Papæ* vocant, ibid. 259. nec non *Ferdinandi Imperatoris* Electu ario, ut quod contra peſtem pl. celebratur v. gr.

℞. rad. tormentill.
Dictamn. alb.
nuc. vomic.. ā ℨj
Oſs. de Cord. Cerv.
C. C. ph. præp.
Zedoar.
bolet Cerv. ā ʒij
Camphor. aq. vit. deſtill. ℨß
Sacch. cand. ℨj
♃♃ alb. ʒij
theriac. Andromach. ℨv
Syr. acetoſ. citr. par.
F. ſ.a. Elect.

In forma pilularum ab Ampl. Facultate Med. in Illuſtri *Giſſena* anno 1626. cum aliis

non

non sine successu, uti scribunt, præscripta-
rum ita adhiberi potest:

℞. Extr. aloes.
ammoni ac. ã ℥ß
Myrrh. elect. ʒij
Ofs. de Cord. C. ʒj
Extr. Croc. ℈ß
Camph. gv
Solvatur. ammon. ✠ Scord. & cum
Syr. de cich. c. 2. F. massa, ex qua formantur
pilulæ pestilentiales, singulis septimanis vel
bis ad minimum in mense sumendæ.

Dosis, pro diversitate personarum ℈j ʒß
&c. cum vino temperato aceto scord. vel
aq. veron. Cord. ben: scabios. D. *Greg. Horst.*
T. 2. l. 7. *obs.* 29. f. 342. & *obs.* 30. f. 344.

In rotulis vel *trochiscis.*

℞. flaved. Cort. citr. ʒj
Ofs. de Cord. C.
rad. Zedoar.
angel. ã ℈ij
ir. fl. ℈j
Extr. Xyloal.
angelic.
Zedoar. ã ℈ß
ambr. gij. inol. ft. ros. sol.
mosch. gj
Sacch. cand. ad pondus omnium cum
mucilag. tragac. in aq. cinamom. sol.
F. tro-

F. trochisci minor. sublinguales.
S. Köstliche Mundküchlein.
Aut ℞. Confect. alch. ℈j
Extr. angel.
Zedoar. ã ℈ß
Croc. gvj
Ol. St. Cort. citr. giv
Succ. alb. gij
Sacch. fin. ℥iij ß in aq.
Card. ben. Veronic. aut
Cinam. dissol.
F. Conf. in rotul.

Cl. *Deod.* l. 3. f. 231.

Actu Curationis. *In actu Curationis.* Præter jam enumer ante nominatus D. J. *D. Horst. in ph. Cath.* 12. f. 363. sequens *Electuarium* ponit. v. g.

℞. Been alb.
rub.
Seric. grano tinctor. infect.
Ofs. de Cord. C. ã ℥j
Conf. alcherm.
Elect. de ov.
Aur. Alexandr. ã ℥ß
Santal. alb.
rub.
citr.
Spec. Diambr. ã ʒvj.
Tinctur. rof.
Sacchar.

the

theriaces ã ℥iij vel. q. v.

F. Elect.

Sic quoque aliam confectionem ibidem adfert f. 367.

Vel ℞. Elect. diascord. m. ℥ß

Ofs. de Cord. C.

fl. ♀ ã ʒj

⊖ vol. C. C.

Spir. C. C. ã ʒß

Aq. rut.

Acet. rof. ã q. f.

M. pro 2. vel 3. dofibus.

Superbibendo aliquid de decocto Cuspidum C. C. convenientibus fuccis aut fpiritibus ad lubentiam acetatô.

Sunt, qui os de Corde C. cum Bol. armen. utuntur, utpote quô vel folô in magna olim Romanorum pefte (ut & in fudore Anglico) feliciffimo cum fucceffu ad ʒj ufus fuit Antiftes facræ Medicinæ *Galenus*. Conf. *Craton. Epift. medic.* 9. & *Deodat. panth. hyg.* l. 3. c. 27. f. 224.

Alii cum ♀e adhibent, ut quod è fimplicibus medicamentis pro maximo peftis alexiterio habetur, præfertim fi flores ♀ myrrhati, hoc eft aliquoties cum myrrha aloe ac croco dextrè fublimati, qui hac arte valde balfamici redduntur, propinentur: felicius tamen púto procedent, qui floribus ♀is jam

factis

factis species solummodo admiscent, vix e nim quicquam citra combustionem ex gum matibus una cum ♆ adscendet. D. *Schröder ph.* l. 3. c. 28. f. 503. *Schönborn. in manual. me dic. pract.* p. m. 79. Hinc Autor *pulveris* illi us rubri, qui *Cæsaris* contra pestem inscribi tur, ei ♆ satis magnâ quantitate immiscui Novi in Borussia quosdam non de infima plebe homines, qui frequentem matutinu vel crudi ♆is usum in ovo sorbili ad præ servationem, cum aceto verò rutæ vel ali bezoardico ad Curationem feliciter expe tum memorabant.

Henricus quoque *Stapedius* in curand peste valde insignis Medicus inter solenn sua antidota ♆is quoddam liquamen da solitus est, cujus descriptio ita habet:

℞. fl. ♆is ritè præpar. ℥ij
Camph. ʒiß
Ol. terebinth. alb. ℥iv
Cucurbit. Vitr. imposita simul in arena lento igne colliquescant; ut in ma sam aurei vel crocei coloris coëant.

Ad partũ custodien- dum con- veniens, Porro & *in partu custodiendo* os de cor C. prægnantibus mirè conducere scribit *Plinius*: tradunt enim, inquit in N. H. l. 2 c. 19. f. 521. & 524. Cervas cum senserint s gravidas lapillum devorare, quem in e: crementis repertum, aut in vulva (nam

ibi invenitur) custodire partus adalligatum: inveniuntur & *officula in corde* & in vulva perquam utilia gravidis parturientibusque hæc *Plinius*. Quod idem & *Gvil. Johnson.* Chymicus confirmat in Lex. sub Lap. bez. p. m.122. his verbis: Ossa de corde Cervi seu „ Hinnulæ partum custodiunt & prægnanti- „ bus mirè conducunt. Eandem vim, scribit, „ habet & lapis repertus in ventriculo & in- „ testinis Cervæ. „

Causa procul dubio est, non solùm quòd os illud vi adstringendi ac roborandi ligamenta, quibus fætus utero annectitur, præditum sit; Sed etiam, quia & matri & fœtui peculiari proprietate vires atque robur addit, præcipuè ubi alia fœtum ac matrem confortantia simul adhibentur. *Causa.*

Commodè ideò cum bona diæta matri hujusmodi remedium ordinatur:

℞. Ofs. de Cord. C. ʒj
granor. cherm.
mag. corallor.
C.C. vel C.C. ust. præpar. ā ℈ij
magar. præp.
Corall. rub. præp. ā ʒß
man. Christ. perl. ʒij
F. pulv. vol. cum Syr. cydon.
aut Corall. F. Elect. molle, de quo fœmina manè ac vesperi aliquid sumat.

Gravifs. *Sennertus Tom.* 3. l. 4. *pr. part.* 2
Sect. 5. c. 7. f. 138. hanc mixturam præscri
bit. :

℞. nuc. mosch. ℥ß
Galang. ʒij
Cinamom. ʒj
Ofs. de Cord. C. numero ij
F. pulv. conspergatur. Spir. V. vi
malvatico, & affundatur mel despumatum
calidum, de qua mixtura sæpe gravida in
star fabæ edat.

Extra verò pro necessitate ventri & um
bilico imprimis imponatur panis dulcian
us seu mellitus.

Vel

℞. Ofs. de Cord. Cerv.
nuc. mosch.
Caryophyll. ã ʒj
Contuf. add.
Mell. calid. despumat.
M. super igne & calidè frusto pa
nis Secalini oblongo illitum umbilico ap
plicetur.

Aliàs etiam regioni lumborum, renum
pectini ac perinæo *ungventum Comitissæ* il
ni, aut Sacculus ex fl. rof. rub. balaust. her
melif. cort. citr. Santal. citr. nuc. mosch. m
cet. & ofs. de Cord. C. ventri imponi pote
qui aliàs & regioni cordis applicatur. Vi

l.

l. c. & *Sect.* 6. c. 2. Item *Tom.* 2. l. 4. *de febr.* c. 5. f. 164. Sed de his plus satis.

Postremo & *magisterium atq; essentia* Oss. Cord. C. paratur, quæ, quomodo concinnari queant, ex antea allatis liquet in cap. X. & XII. *Magisterium.*

Quoniam verò *magisterium* ad modum superiorem communiter factum solutu difficilius est, quam putatur, viribusque suis plur. castratum ferè instar calcis sese habet mortuæ, cum neque de Spiritu aut ⊖ volat. prout antea, adhuc participet: Proinde quoque Magisterium hoc â calcinato, viribusque orbato osse ac Cornu parum discrepare statuo.

Usus tam Magisterii maximus est *ad Synocham putrem & febrem malignam.* *Usus.*

Hinc Præcell. Dn. D. *Rehfeld*, Academ. Erffurt. quondam Professor, ejusdemque inclytæ Reip. Physicus ac Consul tandem primarius honoratissimus, in Exercit. superius c. 12. dicta thes. 40. cum aliis ita ordinat.

℞. magist. Oss. de Cord. C.
Essent. Corall.
margar. an ʒß.
ol. cinam. gij.
ambr. gvj.
M. prius, post divid. in 3 dos.

S. Edel Krafft Pulver/ de quo si-gulô die unica dosis in convenienti julapi usurpetur. *Essentia* autem de Cord: C. oss-bus præparatæ Virtus ut spirituosior, ita pe-netrantior esse, ac mirô modô â similitudir Cor hominis in cardiaca & Syncope corrc borare scribitur â Cl. *Osvald. Croll. in tr. ctat. de signat. interm. rerum.* fol. 44. &c.

Essentia. *Virtus.*

CAP. XIX.

De Lapide in corde Cervi & aliis partibus.

In diversis corp. partibus lapides animantibus generantur.

UT *multis animantibus* mirifico Natur lusu *in diversis corporis partibus etia lapides generantur*, videlicet *in Cancro* sui *Oculi* dicti, qui calculum atterunt ac sangv nem coagulatum resolvunt: *In Carpion capite lapis triangularis* reperitur, qui colici doloribus & comitialibus conferre statu tur: itemque *supra oculos* ejusdem *alii du* sunt, qui singulariter ad Epilepsiam com mendantur: sic & *in Capri & bovis ventr. culis aut fellis vesica* lapillus invenitur qui pc tissimum Martiô mense vel Majô ex sectiis a cum vinô propinatus vi suâ resolutivâ dia phoreticâ specificè calculum comminuit atque icteritiæ medetur: *in Capricerva ori ental*

entali (de qua ſub frontiſpicium in præfatione dictum) & cumprimis in pro-ventriculo, hinc quoque in ventriculo aliisque cavitatibus internis *lapis bezoar orientalis*; in occidentali *occidentalis* reperitur ad Cor roborandum, peſtem febremque malignam & venenum aſſumtum expellendum &c. præcipuè verò orientalis eſt decantatiſſimus:

In ipſo denique *homine* ſæpe acutiſſimo cum dolore ac periculo calculi non ſolum *in renibus & veſica*, de quibus Celeber. *Bartholinus in hiſtor. Anatom. Centur.* l. *hiſtor.* 68. 71. & 72. &c. Verum etiam *in hepate, pulmone ac capite* geniti inveniuntur, (quin imò calculos etiam in qvavis corporis parte generari plures demonſtrarunt, inprimis M. *Donatus*. l. 4. c. 30. J. *Georg. Schenkius in Lithogen*: M. *Vntzer. Florileg. de Nephrit.* l. 1. c. 5, â pag. 24. & in aucto â pag. 33. Item Nobil. Dn. D. *Sachs* in *reſponſor. diſſert. ad Nob.* Dn. Joh. D. *Major.* de *Cancro & ſerp. petr.* p. 97. & ſeq.) qui lapides ſimiliter poſtea ad Tartarum ſeu Calculum in omnibus partibus reſolvendum & expellendum in pulvere ad ʒj. rectè exhibiti ſingulariter faciunt, de quo diſtinctius refert alter Germanus ille Galenus *Sennertus.* Tom. 2. l. 2. *pract. part.* 2. c. 6. f. 690.

In homine etiam.

Item l. 3. *part. 6. Sect.* 1.c.6.f. 1040. l.1. pa
1.c.18. f. 308. Et Cl. *Schenckius*.l.1.*obs*. 81.a
que alii. Haud dissimiliter quoque *in Cer*
Atque in Cervo. *corde* (sicut ex cervi cujusd. Norvvegi
corde nuper ponderosior lapis extractu
Hafniæ in Regio Musæo suspenditur teste
Illustr. *Barthol. in judicio de fœtu Mussipo*
tano extra uterum in abdomine detento
tandem lapidescente *resolut.* à Nobil. D
Laur. Strauss. Archiatr. Darmbstat. & Pro
Illustris Giessenæ cl. digniss. f. 35.) *in ve*
triculo item vel *intestinis*, nonnunquam etia
in matrice lapis reperitur, qui cum lacrym
ejusdem, vel ipso simul lapide bezoar virib
convenire aut certare creditur. Vid. *Cra*
Epist. 160. *Eucel. de Lap.* l.3.c.49.cl. *Bauch*
nus de lap. Bez. c.11. J. G. *Schenck.* in appe
dice lithogenesiæ ex Th. *Jordano Sexto*
aliis: fortè fortuna, cum palam sit ex su
principio ad modum lacrymarum in conf
nescentibus cervis, Viperis, aut serpentib
è Cavernis rictu prolectis victitantibus
sitis sedandæ celeriorisque coctionis pro
movendæ aliusve rei gratia fluviorum aqu
Virtus Experientiâ judicatur. frigidis ad summum perfusis nasci. *Vire*
Cum *medicamentorum vires Primerosio* a
testante l. 4. *de vulgi err.* c. 38. p. 462. *sol*
experientia dijudicentur: idcircò facilè u
suo, sicut lacryma cervi, cardiacum & alex
terium æstimandum. *Secre*

Secretum igitur ad *venenum*, *febrem malignam ac pestem* habetur, de quo ita Becherus:

Der Stein von einem Hirsch / so man ihn pulvern thut/
Braucht 15. gran, er ist zu vielen Sachen gut.

Nonnullis etiam ob virtutem lithontripticam præ aliis *ad calculum* commendatur.

Ante omnia tamen lapis Cervæ è matrice & corde erutus singulare *phylacterium* esse fertur *prægnanti*, & perficere, ut fœtum feliciter perferat atque enitatur. D. *Schröd.* l. sæpe cit. f. 283. D. *Welsch.* Hebammen Buch part. 2. c. 21. f. m. 400. *Lapis in matrice & corde Cervæ.*

CAP. XX.

De Priapo & testiculis cum Boleto Cervi.

GEnitale Cervi membrum, quod nervosum ac rigidum est, *Aristoteli* de *Histor. Anim.* c. 2. p. 429. communiter *Priapus* dicitur, Germ. Die Ruthe des Hirsches/ Græc. πρίαπος, Jonice πρίηπος, qui Gentilibus liberi Patris ac Nymphæ seu Veneris filius DEusque hortorum creditus est, ex illicito concubitu non modò præter omnes alios deformis, sed & ingenti pene supra modum *Cervi genitale.* *Priapus unde?*

dehonestatus, unde quoque pudendo sem per erecto sculpebatur. Vid. J. *Rosin. antiq Rom.* l. 2. c. 20. & Th. *Dempster. in edit. a hunc locum.* Item J. J. *Boissard. antiq. Rom part.* 1. & 2. ubi statua ejus depicta.

Priapismus unde & quid? Ab hoc postea in genere membri genitalis magnitudo est indicata etiã apud homines: nonnulliqúe priscos, cum hominum pudenda occultiùs nominare vellent, Priapum dixisse ferunt. Appellatur aliis & virga colis, penis &c.

A priapo Medicis dicitur *Priapismus*, qu est in voluntaria ac dolorifica membri citra Veneris appetentiam à vaporoso spiritu fistulosum penis nervum replente; vel ab inflammatoria dispositione ligamentorum penis atque etiam urethræ, quæ propter viciniam & operis societatem laborat, exorta erectio, quando pudendum p. n. convulsionis ac tetani modô distenditur. Vid. *Sennert. Tom.* 2. l. 3. *pr. part.* 9. *Sect.* 2. c. 3. f. 1139 *Jonston. in ideâ med. Pr.* l. 6. c. 2. artic. 2. p. 642. & *Riolan. Enchir. Anat.* l. 2. c. 3. *Considerat. med.* p. m. 158.

Usus & Finis. Etsi verò *Priapus vulgò tantùm Generationis instrumentum* & pars animantis videtur à Natura ad congressum destinata, quam *Plato* in *Timæo* animali comparat, quod ei insita sit vis generandi appetens, cujus *usus*

secun-

ſecundarius ad emittendam urinam eſt, *Bartholin. Anat. reform.* l. 1. c. 24. p. m. 145. & 151. tamen *in Medicina* quoque utilitatis plurimum adfert, atque hinc *ad varios corporis affectus* à diverſis multifariam *exhibetur*. Et quidem

Quoad vires ac modum utendi. In genere à nonnullis cum lacryma & lapide Cordis Cervi communis habetur. *Vires in Genere.*

In ſpecie autem *intus* diureticum eſt inſigne, & valet *ad pleuritidem* in pulverem lævigatus, & cum aq. Card. ben. aut tuſſilag. ſumtus *Grembs.* l. c. 1. c. 7. f. 65. n. 31. *ad dyſenteriam* item *diarrheam, lienteriam* (ubi maximè Gelatina ex eo, ceu ex rec. Cerv. parata, convenire videtur) *coliq. dolores. Deod.* l. c. f. 341. D. *Joh. Dan. Horſt. in ph. cath.* l. 1. c. 10. f. 7. *In ſpecie intus.*

Maximè tamen ♀ *ſtimulat* pulveriſatus vel decocto incoctus ac propinatus: *Schröderus* ex aq. qua Genitale ablutum eſt, convenire ſcribit. Confirmat & ſvadet idipſum inprimis *divina* illa *partium Harmonia, qua pars parti laboranti, membrum membro affecto ſuccurrere ſatagit.* Similia enim ſimili-„ bus congaudent ac conſervantur. Sicuti „ quoque in partibus hominis DEus exactam quaſi regulam partium ſimilitudinis oſtendit, quæ in facie præprimis, ſi cum univerſo *In partibꝰ hominis*

partium similitudo. corpore conferatur, adumbrata reperiri licet. Nimirum (quod ex praxi physiognomica addo) eâ similitudine proportionum partes faciei corporisque universi inter se conveniunt, ut ubi vel nævus in facie, ibi & in corpore repræsentetur: ita scilicet, ut frons pectus, aures brachia, supercilia humeros, oculorum cavitas axillas, malæ coxendices, maxillæ nates, nasus membrum genitale; partes naso vicinæ Naturæ loco vicinas sive anteriores sive posteriores; Os in viris, anum, in fœminis partes verecundas, mentum pubem &c. referant. Confer I. *Riolan.* & Dn. *Septal. de næv. p. m. 8.* It. *Anthroposcopia* Cl. M. *Andr. Ottonis*, atque *Hippocrat.* f. m. 1040. &c.

Faciei proportio & similitudo certa cum reliquis partibus.

Pars animalis parti hominis respondet. Sic etiam partes ex animalibus brutis pa[r]itas similibus nostri corporis partibus respondere & medicam porrigere manum videmus, uti *Cerebrum leporis* præparatum *Cerebro* nostro affecto opem ferre docet cum aliis Illustr. *Sennert. in pr. Ventriculu[s] Gallinarum* præparatum specificum esse *in* profliganda *ventriculi imbecillitate* pulv. *Birckmanni*, stomachalis fidem facit: *Hep. lupi hepaticos sanare* docent practici: Sic *C[or] Cervi* nostri inter cordialia numerari ant[e] monstratum est.

Non absimili ratione & priapum & tes[ti]cu[l]

culos Cervi Naturam in generatione langventem aut deficientem juvare experientia probat: Hoc est, quod *Becherus in Parnaß. suo med. Illustrato part.* 1. *Zoolog. de Cerv.* f. 32. metricè exprimit;

Die Glieder der Geburth / so sie gepülvert seyn /
Nehmt dreyssig gran, es mehret und macht den Samen rein.

Alias etiam ex eo *ad Venerem augendam* & stimulandam *Sennertus Tom.* 2. l. 3. *pr. part.* 9. *Sect.* 2. c. 1. f. 1135. inter alia hoc compositum præscribit:

℞. rad. Satyr. ℥iij
nucl. pin.
pistac. ā ℥ij
amygd. d. ℥j
testicul. Gall. num. X
ariet Dextr. exsic. num. j
Limatur. priap. Cerv. ℥ß
Sem. eruc.
pastinac.
Silermont. ā ʒij
Spec. diamosch. D.
Diagalang.
Cubeb.
Caryophyll.
Cinam. ā ʒj
C. Syr. Conservat. calam.

arom.

arom. & rad. eryng.
q. s. F. elect.

Dosis. ʒij plus minusvè cum diæta debita. Clar. *Henr. ab Heer. observ. med. oppido* rar. pluribus mumiam Satyrionis commendat. Vid. & *Schröder. ph.* l. 4. f. 151. Dn. *Augustani* in ph. *Electuar. magnanimitatis* extollunt. Nobiliss. à *Mynsicht.* præ cæteris *in armamentar. med.chym.* p. 167. morsulos suos viriles deprædicat. vid. & *Aet.* tetrab. 3. Serm. 3. c. 35. *Avicen. fen.* 23. c. 16. & seqq. *Mizald. cent.* 1. aph. 62. &c.

Morsuli viriles Mynsicht.

Præterea quoque *in Dysenteria* utiliter datur. Unde *Leonh. Fuchs.* Genitale Cervi siccatum & tritum in pulverem efficacissimum esse remedium experientia comprobatum docet, *de compos. med.* l. 1. c. 15. p.m. 136.

Ad retentam insuper *urinam & ad Coli dolores* valet. dos. ʒj vel ij. *Becherus* l.c. *Johnson. in Lex: chym. sub lap. bez.* p. 122.

Contra viperarum denique *morsus* cum vino vel alio vehiculo exhibetur. Idem c.l. A *Mylio* in *antidotar.* p. 94. *ad impotentias & incantationes* avertendas ex priapo etiam atque aliis *Tinctura* conficitur, quam sic describit:

Tinctura.

℞. Castor: Genital. Cerv.
piper long. an ℥j

Satyr. Calam. arom.
Galang.
Sem. urtic. meliff:
borrag. beton. an ℥ß
Spec. lætific. G.
diambr.
diamosch. d.
theriac. venat. an ʒj
Secundin. præpar. ℈ij.
facch. ℔ß
Infunde omnia in vino anisato, digerantur,
ut fiat tinctura.
Si fortiorem desideras adde *ſeroti Taurini* juvenis pulverisati, formicar. caudæ ſtinc. marin. testicul. Gall. &c. quantum placuerit.

Extrinſecus ad partum continendum. Ita enim *Plinius*: Magi partum continere promittunt, si mulieri candida à pectore hyæna Caro & pili 7. & genitale Cervi illigentur Dorcadis pelle collo suspensa. N. H. l. 28. c. 8. f. 507. n. 10. Item *Jonſton*. H. N. & alii. *Foris.*

Porro & *Teſticuli Cervini* (alias testes dicti *quaſi atteſtantes virilitatem* & masculi robur. Græc. δίδυμοι sive Gemelli, quia communiter numero bini sunt) Notari sui tanquam Parentis indolem referunt. Singulariter tamen quia Corpora sunt glandulosa *Teſtes unde?* *Quid?*

losa proprio suo parenchymate conficiendo semini dicata, & specificam proprietatem ad Genitalium partium ignaviam seu venerem & concubitum cum voluptate excitandum cum *Schwenckfeldo* asserit *Schröderus:* si nempe, ut penis ipse, exsiccati è vino potentur. Prænominatus â *Mynsicht.* l. c. *Sect.* 13, p. m. 212. cum illis confectionem satyrii parat ita:

Usus internus.

℞. Satyr. testic. condit. ℥iiij
Cons. fl. tunic.
Zingib. de Bingal. Cond. ā ℥ij
Sem. lingv. Avis.
Borac. Venet. ā ℨß
Spec. diathamar. ʒiij
nuc. mosch. in Ind. Cond. num. j
testic. Cerv. exsiccat.
tax. exsic. ā ʒiß
bolet. Cerv. ʒij
Cinam. acut.
piper long. ā ʒj
mag. perl. or.
Corall. rub. ā ʒß
Gall. mosch. ver.
Ol. Caryophyll. ā ℈j
fol. aur. pur. num. XV.
M. & cum Syr. Zingib.
de Bing. Condit. s. q.
F. l. a. Elect.

Dosis.

Dosis. mane & vesperi cum vino veteri aut malvat. an. ℥ij ad ℥iij

Extrinsecùs etiam ad Venerem pro necessitate testes, perinæum & lumbi inungi possunt linimento ex ol. formic. *Mynf.* de piper. & nuc. mosch.expr. cum pulvere priapi ac testicul. Cerv. Caryophyll. & Spic. misto, cui pro lubitu quoque unum atque alterum granum moschi addendum. Sub finem hujus capitis, cum inter medicamenta Venerem excitantia & augentia hinc inde à Celeberrimis etiam Medicis frequens fiet usus Boleti Cervini, de eo hic obiter quasi aliquid recensendum. *Usus Externus.*

Est verò *Boletus Cervi*, ut à Bohemis & jam passim vocatur, species fungi, aliàs tuber Cervinum aut fungus Cervinus dictus. German. Hirschschwam / Hirschbrunst / formâ rotundus, foris nigricans, cum flavedine intus albus, gravis odoris, quem in Sylvis, cumprimis etiam prope arcem Glücksburg sub terra nasci (unde & *tuber subterraneum* nominatur) sentiunt Venatores ex libidine Cervorum, ubi scil. Cervino semine in congressu inficitur solum; id quod plerunque contingat exemtô, è vulva genitali adhuc seminis aliquid continente maris impetum fugiente fœminâ, unde haud rarenter boletus formâ Genitalis Cervini à peritis vena- *Boletus Cervi. Opinio Vulgaris.*

venatoribus & rusticis reperiatur. Confer *Matthiol.* l. 3. Epist. & 4. *Herbar.* cap. 81. f. m. 387.

Sunt præterea, qui expressius Genus aliquod reperiri autumant erectæ virilis mentulæ formâ, adeò ut in altera parte detecta glans, in altera globuli quidam testiculos referentes conspiciantur.

Vulgata opinio Venatorũ refellitur. Verùm enim verò vulgatam istam Venatorum de ortu fungi Cervini opinionem, in quam eos, dubio procul gravissimus odor (quod & Cervis tribuitur) huic fungo nativus, ceu in cœtero figura membri induxit, prorsus suspectam reddit locorum diversitas, cum testibus *Lonicero* & *corde*, imò & *Thoma Jordano de pest. phœn. tract.* 3. p. 605. nec iis denegatus sit locis, ubi Cervus ab hominum memoria nunquam visus est.

Deinde etiam ipse Cl. *Sennertus* quondam Wittebergæ anno 1626. sub sambuci fronde se septem tales fungos invenisse scribit, ad quem locum tamen Cervus nunquam pervenit.

Contrarium insuper arguit fungorum copia magnitudinis non exiguæ, paucitas verò Cervorum; maximè autem & temporis diversitas, cum boletus Cervinus copiosè proveniat mense Julio, quo ipso tamen τὸ ὀργᾶν, prout ex superioribus Sect. 1. c. 2. liquet,

liquet, cervos nondum exagitat: ut hinc *probabile* sit *neutiquam è semine Cervi, sed ex succo potius* vel *materia certa alicujus plantæ corrupta & singulariter ad tale genus fungi determinata generari. Laurenberg. in Bothanotheca* h. e. methodo conficiendi Herbar. viv. l. 10. dicit: Origo prima est à terra in„ se conglobata, vel limo terræ madentis,„ aut pituita alicujus radicis; Et paulò post:„ Ejus initium instar spumæ lentioris, dein-„ de corpus membranæ simile, mox partus,„ vel potius abortus formæ & ipse citissimè„ crescens sine radice, medulla, flore, semi-„ ne &c. Unde quoque credidit antiquitas, cognationem illis, quæ sine radice proveniunt, aliquam cum cœlo esse, nec nisi tonante Jove fieri, ut in Satyra *Aquinas* Poëta monuit scribens:

Et facient lautas optata tonitrua cœnas.

Usus ad venerem dubius propter Qualitat.

Quod cum ita habeat, num Boleti istius usus ad Venerem (nisi quod intus assumtus flatus crassos in arteriis generet) satis commodus fiet, sicut & reliquorum tuberum ac bulborum quorundam an conducibilis esus, non immeritò in dubium vocatur? Naturæ enim frigidæ ac humidæ statuit *Lonicerus*, adeoque ad stimulum ineptæ: deinceps parum quoque materiæ seminis, neque spiritus

Qualitas ejus.

suppeditat, succi melancholici autem multum. Unde Germanici illi versus:

Die Schwämme ins gemein/ seynd sonderlich nicht gut/
Doch besser / wenn man sie recht wol bereiten thut.

Quare potius aromatibus & aliis junctis (plerumque enim ejusd. ʒj vel ij cum pipere longo ʒj in vino &c. propinatur *Matthiol.* l. 4. c. 81. & ex eo D. *Beckher. in Parnass. med. part. 2. Phytolog.* f. 528.) hæc virtus tribuenda videtur.

Non ita propter substantiam. An verò *Substantiæ & Formæ ratione ex signatura* lascivâ occultâ proprietate, ut orchidum & satyrionum species, Cervi Genitale ad Venerem faciat de eo nullum hic movebo scrupulum? Conf. *Sennert. Tom.* 1. f. 583. & 634. &c.

Aliàs quoque mulieribus *lac augere creditur*: Offertur *item contra venena* animalium venenatorum & *in difficili partu* ʒß cum vino malvatico.

Externè in *suffocatione uteri* suffumigium ex eo paratur non neglectis tam. adhibendis aliis, è MSS. Excell. Dn. *Andr. Döreri* Serenifs. Elect. Saxon. Archiatri passim plur. dilaudati, à Præcl. verò Dn. D. *Febr.* amicè communicat.

CAP.

CAP. XXI.
De
Talo seu Astragalo Cervi.

IN pede Cervi extremo supra Calcaneum nobis maximè illud os notandum, quod Latinis *Talus*, Græcis ἀςράγαλΘ. Germ. Der Hirschsprung / das Bickelbein im Gebruch der hindern Füße / oder Knod und Knorren an Füßen appellatur, quo non solùm homo donatus est, sed Cervus quoque & cætera animalia omnia, quæcunque pedibus in digitos scissos incedunt. *Adrian. Spigel. de hum. corpor. fabric.* l. 2. c. 30 f. 82. & seq. Etsi aliàs quidem talus propriè homini non esse statuitur, nisi κατὰ χρηστικῶς tantùm, pro ima parce pedis sive pro osse, quod juxta calcaneum extuberat: neque animalibus digitos aut solidas habentibus ungulas, sed solum bisulcis. Conf. & *Calepin. edit. nov.* f. m. 1441. Hinc *Plinius* in N.H. l. 11. c. 46. f. 213. „Talos *asinus indicus* unus solidipedum, ha-„bet: & paulò post: Hominem qui existimarunt habere, facile sunt convicti. *Talus.*

Est autem *Talus sive Astragalus* vulgò os balistæ dictum, & quatrio, à quatuor lateribus, os variæ formæ in articulo pedis ventre extuberans, concavâ vertebrâ ligatum, qua- *Quid?*

 dra-

dratum formâ, alterâ parte concavum, alterâ ferè planum, quo cum ceu basi tibia fibulæque committuntur, sicque pes flectitur, extenditurque; nonnihil etiam ad latera movetur.

Usus. *Usus Medicus* non adeò frequens est. Potissimum tamen convenit *in dysenteria* pulverisatus scil. & cum vehiculo appropriato propinatus. Cl. *Agricol. in Cerv. Excor. part.* 2, c. 17. f. 210. ex *Casp. Schwenckfeld. de Cervo.*

A quibusdam laudatur etiam *ad calculum & Colicam*. Num fortè quoque ut ossiculum tali leporis, ita ad partus enixionem faciat; aut, ut astragalus porcinus ustus & exhibitus ad fracturas ossium fides esto penes Experientiam.

CAP. XXII.

De Sangvine Cervi, ejusq; præparatis.

Consideratis solidis nunc, ac durioribus Cervi partibus earumque ad usum medicum præparatis potioribus; consequens est ut imposterum de fluidis etiam ac mollioribus, quantum quidem instituti ratio requiret, paucis agamus: jam verò de sangvine, suo loco de reliquis.

Nihil

Nihil aliud est *sangvis* propriè sic dictus (German. Hirschen Blut / oder Schweiß) quam humor animantis rubicundus alimentarius, ex cibo ore præparato & per Oesophagum deorsum ad ventriculum deducto, ibique propriâ facultate, sive calore ejus ingenitô nativô hepatis adjutô concoctô ac coctione primâ feliciter peractâ in substantiam cremoris similem chylum versô: hinc postea in tenuia intestina exclusô, atque ibi à crassioribus fecibus depuratô: ab istis juxta communem & antiquatam magis sententiam per *Aselli venas lacteas* (ubi nonnihil ille alteratur, & ab iis vi ab hepate simul advocatâ sangvinis rudimentum accipit, atque *Chymus* dicitur) ad pancreas; exinde (humiditate crudâ & aquosâ depositâ) per vascula quædam lactea majora per portam venam ascendentia ad hepar delatô (ubi alteram ille subit coctionem, & ab excremento biliosô separatur) ibique à singulari hepatis parenchymate, calore item ac lumine propriô & adscititiô similem colorem rubrum adeptô ac sangvine (sed adhuc crudiore) vocatô Vid. Cl. *Highmor. disquisit. Anat.* Anacephaleos. f. m. 251. Dn. *Walæus in Epist. ad Dn. Bartholin.* p. m. 535. & seq. it. p. 560. & seq. idem & *Bartholin. Anatom. Reform.* l. 1. c. 14. p. 90. & 535. l. c. Sangvis hic crudior

Sangvis quid?

Unde & quomodo generatur

Coctio prima.

Secundum communē & antiquatam magis sententiam.

Secunda.

adhuc & minus perfectus in hepate generatus secundum Venerandum Senem fereque hactenus Anatomicorum Principem D. *Riolanum* (in homine potissimum) partim per venam portam distribuitur partibus nutritiis, partim juxta *Highmorum* per surculos quosdam venæ cavæ in cavam expellitur, ubi brevi morâ in radicibus ulteriùs elaboratus (*per circulationem*) mox cum sangvine venæ portæ & arteriarum redeunte secundum *Barthol.* p. 91. & seq. item 536. recta omnis per superiorem trunci partem ad cordis dextrum ventriculum deducitur; atque hinc (continuô pulsu à facultate pulsificâ ipsi propriô, jugique sanguinis affluxu impulsore ad instar rotæ molendinariæ perpetuô aquarum insultu agitatæ) in arteriam pulmonis, quæ cum vena ejusdem per anastomoses unita in illam refrigeratum ac contemperatum deponit, per quam in sinistrum cordis sinum transmittitur, ubi demum tanquam in cerebro suo ultimam perfectionem nutriendis partibus singulis accommodatam nactus in arteriam magnam impellitur, in cujus orificio ad ostium ventriculi tres adstantes valvulæ Sigmoideæ omnem regressum prohibent: atque hinc postea velut ex publico horreo per truncum ejus ascendentem & descendentem vera sur-

sum

ſum deorſum omnis incipit alimenti diſtributio, ut quævis corporis pars demenſum ac juſtum nutrimentum ſuum recipiat, illud pro ſua cujusqueNatura elaborat,& tandem parti aſſimilat: reſiduus verò à partium refectione ſangvis crudus & vitali ſuo calore, ſeu exutus, ad ulteriorem perfectionem novorumque ſpirituum impreſſionem per venas ad cor reducitur, tanquam ad focum ubi denuò calefit & continuò in cordis ſyſtole expellitur,ut habeant quo perpetuò irrigentur partes, & unde vitali cum calore, alimentum menſurâ, numero, pondere debitum hauriant. *Tertia.*

Nec tamen prætereundum, quod juxta *noviſſima* Oculatiſſimi Dn. *Pecqueti inventa*, aliorumque Excellentiſſimorum Anatomicorum *Bartholini* præprimis, *Horn. Rudbeck.* etc. experimenta atque placita (qui *cordi* nunc hepate bili ſeparandæ & aquoſo humori à ſangvine repurgando primario ablegato, *monarchicum & abſolutum αἱμα-τώσεως imperium tribuunt*, propterea quod nulli ductus ad hepar pertingant, per quos trahat. *Barthol. de dub. lact.* c. 5. p. 195. rubellusque ſangvis à primo ſtatim cordis rudimento (mihi potius ante alia in generatione ad uſum primus ceu particula corporis principais & genitalis prima) conſpiciatur *Secundum noviſſima inventa ac placita.*

nullo aliô viſcere aut vaſe adhuc comparente aut veſtigio eorum exſtante, prout in ovo tertio ac quarto ab incubatu die aperto palam fit, remque iſtam Cl. *Harveſius de mot. cord.* c. 6. & *de Generat. animab. exercit.* 17. 51. & 52. *Conringius* Medicus ac Polyhiſt. magnus de ſangvin. Generatione ac motu c. 34. ſed & alii notarunt) chylus ex inteſtinis per venas lacteas in ſingulare quoddam chyli receptaculum, glandulam nempe meſenterii mediam, exinde in lacteas thoracicas ad axillares ſubclavias, tandemque brevi meatu ad Cor tranſmittatur, quod ſcil. Chylum omnem accipit, (primario quidem in homine potiſſimum, ubi *lacteas thoracicas primus detexit* ſummus *Bartholinus*, ſicut *in brutis invenit Pecquetus*, ſubtiliora alimenta ac cordialia actutum ſuſpicor per lacteas thoracicas œſophago implantatas tranſire in axillares ſubclavias, craſſiora verò per lacteas meſenterii ad chyli receptaculum, ſeu glandulas lacteas lumbares, ut eò melius præparentur, poſt *per tubulos* illos *Pecquetianos* Chyliferos ad eosdem Thoracicos ſubclavios ramos in venam cavam, tandemque ad Cor relabi) inde ſangvinem ac ſpiritum vitalem cadit, & partibus omnibus per arterias pro nutrimento ex æquo diſtribuit. Confer. Excell. Dn. D. *Georg. Balth. Metzger*,

Metzger. pronuper in illustri Giessena, nunc verò in florentissima Tubingensi Academia Prof. Celeberrim. Colleg. Natur. Curios. Adjunct. dignis. Fautor. atque Amici observanter colend. *Disputationes de sangvinis in circulum motu, ac de vita fœtus in utero:* Item Clar. D. *Segeri*, Commilitonis quondam in celeberrima Regiomontana dulcissimi, desideratissimi *Dissertat. de Nutrit. Fœtus in utero* c. 3. f. 18. it. c. 4. f. 23. 48. & 50.

Notandum etiam *ex Hippocrate de morb.* l. 4. f. 498. Et *Sennert. Tom.* 1. f. 126. it. l. 1. *Inst.* c. 9. f. 287. & seq. quod sangvis seu massa illa sangvinea, quæ in venis adhuc unicâ formâ continetur atque alendo corpori destinata est, non planè sit homogeneæ Naturæ, sed diversas obtineat partes. Qvum enim universæ partes chyli, ex quo conficitur, sangvis, non prorsus ejusdem sint Naturæ, sed aliæ magis temperatæ, aliæ aliis calidiores, aliæ frigidiores, aliæ sicciores, aliæ humidiores, aliæ tenuiores, aliæ crassiores, prout nempe diversitas ciborum, quibus quisque utitur, & viscerum Constitutio comparata est: Sic etiam *massa sangvinea non eandem habebit Naturam*, quamvis omnis sub forma sangvinis contineatur; sed diversam appellationē sortitur, adeò ut *pars temperatior* & *optima* in specie *sangvis* appelle-

Sangvis diversis constat partibus ac qualitatibus.

1.*Sangvis.* 2. *bilis.* 3.*pituita.* 4. *Melanchol.*

tur: *calidior & siccior biliosus: frigidior & humidior pituitosus; frigidior* tandem *ac siccior melancholicus sangvis*; vulgò autem bilis, pituita atque melancholica nominetur, ex qua Massa tanquam ex penu singulæ partes sibi familiare assumunt alimentum. Vid. & honoratiss. Dn. Doctoris *Beckheri Microcosm. med.* l. 1. c. 14. f. 68.

Usus.

Usus ergo *practicus* sangvinis cervini duplex in medicina dari poteſt. Internus aut Externus. Crudi vel Præparati.

Internus in genere.

Internus. In genere crudus sangvis (qui juxta Clar. *Jonston. in admirand. quadruped.* p. 299. nullas habet fibras, adeoque *Colero* etiam referente 14. *Thereut.* c. 35. f. 54. cum leporino non similiter ut aliorum coagulatur) debito tempore collectus, exsiccatus & pulverisatus fit præstans remedium *ad quosvis sangvinis fluores* ac venena, unde quoque alexipharmacus: de eo ita *Beckberus* l. c.

Gesundes Hirschen Blut das dört und reibet klein /
Es stillt das Blut / so ihr 2. Untzen nehmet ein.

In specie.

In specie Clar. *Schrödero* inassatus sartagine *dysenterias & Cœliacorum profluvia* sistit.

Es

Est etiam efficax *contra toxica*, laudaturque *ad dolores coxendicis ac lateris.*

Externus. *Tumores* maturare ac cutis vitia, *lentigines*, *vitiliginemq́* sanare creditur illitus; *dolores* item *corpor.* cum oleo decoctus. *Tilemannus in Appendice de mater. med. ad Aphor. therapev.* inter Artus & juncturas roborantia p. m. 394. sequentem in modum commendat. *Externus.*

℞. Sangvin. Cerv. Acet. vin. tantundem salis parùm, ebull. simul removendo spumam subinde, mox injiciatur Cinerum ex stipitibus Genistæ p. 1. agitando ne effluat, cui immersæ petiæ loco affecto imponantur, sæpius repetendo & semper aliquid cinerum addendo.

Præparatus sangvis fieri potest variis modis, variaque ejus anatomiâ exinde, non minus ac ex aliis sangvinis generibus, conficiuntur medicamina, v. gr. aqua, spiritus, h. e. aqua rectific. q. E. Extractum. ☍ h. e. liquor crassior, ⊖ vol. atq; fix. &c. ad quævis venena ac plurimos affectus præstantissima. *Præparata varia?*

Nos hic de his usitatiora dabimus.

Destillant verò alii sangvinem *recentem* & adhuc calentem, idque vel per se & sine additione, tum quoque admixtâ aliquotâ

parte

parte Sp. V. rectificati: *alii non recentem*, sed vel exsiccatum, vel digestum aliquamdiu destillationi subjiciunt, addito scil. huic tantillô ⊖is &c.

1. Aqua ita paratur:

1. *Aqua.* ℞. Sangvin. Cerv. j. t. jugulat. q. v.
alcohol. vin. ℥j.
Cucurbitis probè munitis.
digere in F.E. ♌ 40. dein destill.
per ✕✕ è cinere, & prodit una cum aqua ⁰₀⁰. utrumque rectifica ▽. per MB, ⁰₀⁰ per retort. è cineribus aliquoties (g. 10.) destillando.

Vel ℞. sangvin. Cerv. d. t. mactat. q. v. calentem adhuc per ciner. in Retort. vel in B. per Alemb. lentô igne tamdiu destilla, donec omnis aqua extracta sit, &, ne residuum comburas, diligenter animadverte, neque aq. vel turbida sit vel fæteat. Vid. *Schröd.* l. 5. f. 292. & *Beckh. micr.* f. 78. & 94. 2.

Virtus. *Virtus* maxima habenda *in Epilepsia*, si ejus ʒß ad ℥j bibatur: *contra morbos* item *malignos*, præcipuè si spir. C.C. cum ⊖e ejus aliisque appropriatis jungitur.

Extrinsecùs ad membra tabida & paralytica, si illâ frequentibus fricta debitè foveantur.

Ad

Ad fistulas etiam purificandas & sanandas valet, si istâ sæpius laves.

Sunt qui & *in combustione membrorum* seu ab igne seu ab aqua facta commendant, quando locus affectus in tempore aquâ eâ circumligatur.

2. *Spiritus*, ut dictum, nihil aliud est, quam Aqua rectificata, ubi scil. per destillationem pars magis spirituosa ac volatilis elicitur relictô phlegmate seu parte aquosâ in fundo. Ex eo autem componitur *Spiritus Antepilepticus* & *Antapoplepticus*, cujus hic basis est, sequenti modo: *2. Spiritus.*

℞. Spir. sangvin. Cerv. rec. dest.
& ter rectific. ℔ij vel ℔ß
Infus. fl. lavend. in aq. pæor. fact. ℔ß
vel ℥iv

M. & destill. per B. ad medietatem: spiritui ex stillato add. infusion. nov. fl. lavend. ead. quant. idem repete tertiâ vice, deinde adde Spir. V. rect. ℥ij serventur in vitro benè clauso.

Dosis. ā gr iv VI. ad ℈j cum vehiculis convenientibus. Vid. S. *Closs.* & *Schröder.* ph. l. 2. fol. 283. & seq. ita l. 5. f. 293.

Vires. Valet ad curandam *Epilepsiam & Apoplexiam, paralysin* item in principio statim præmissis universalibus administratus; *Virtus.*

nec

nec non *ad asthma* cum decocto pectorali. &c.

3. Q.E. 3. *Quinta Essentia*, quam nonnulli Arcanum appellant, ab aliis aliter elaboratur.

Processus. Præ cæteris brevis hic processus esto:

℞. Sangvin. Cerv. recens mactat. q. v. adde partem ⊖lis, macera in fimo vase clausô, donec sangvis in liquorem vertatur; fimum sæpe renova: destilla aquam usque ad siccitatem, feces in marmore læviga & misce cum suo liquore, digere, destilla cum cohobiis ut Essentia cum aqua prodeat per alembicum; aquam hanc cum Essentia diu circula: postea phlegma segrega & relinquitur Q. E. sangvinis.

Nobilissima aliàs etiam Q.E. prolectatur, si una cum sangvine interiora viscera, videl. pulmones, Cor atque Hepar, particulatim dissecta macerentur. Plures modos vid. apud *Begnin. l. 3. Tyrocin. Chym.* & *thesaur. med.* Joh. Petr. *Fabr. in myrothec. Spagyr. Vlstad.* l. *de Secret. Nat. Rhenam. in dissertat. Chymiatechn.* &c.

Virtus. *Vires adversus pestilentiam*, *Epilepsiam*, *paralysin & omnes nervorum affectiones* intrinsecè sumta & extrinsecè admota summoperè habetur efficax, præservativum

ac sustentativum naturæ humanæ maximum.

4. *Oleum* fit modô dictô cum ▽. Quidam sine additione Spir. V. sangvinem in digestione præparatum ex cucurbita incurvata novies destillare solent. **4. Oleum.**

Vel ℞. Sangvin. Cerv. quantit. deb. Inde cucurbit. Vitr. lutô optimè claude, vitrumque in igne vaporis ad putrefaciendum colloca: dein destilla phlegma in B. lento igne: materiæ residuæ post destillat. add. quartam partem ⊖is urin. (homin.) volat. misce invicem, utrumqne vicissim claude, & per mensem ad putrefaciendum repone, tandem destilla, sic elegans ac nobile fit oleum.

Aliæ descriptiones apud Cl. *Hartman. Andernac*; *Schröderum Beckherum* & alios exstant.

Vires. Internè maximarum habetur virium cumprimis *ad Caducum* etiam inveteratum sanandum, si ejus g v ad xij in vehiculo convenienti aquæ pœon. Cerasor. &c. omnibus diebus a Novilunio per mensem Epileptico exhibeantur, singulisque noviluniis, postea semel per annum repetatur, habitâ præsertim exactâ ratione diætæ. *Virtus.*

Ad

Ad Paralysin insuper commendatur cùm aq. rorismar.

Extrinsecus propter deteriorem odorem frequentius ac melius usurpari poteſt, ob facultatem ſcil. quam habet, ſalinam, penetrantem: & quidem *ad reſolutionem ac tabem membrorum*, partes paralyticas inungendo, potiſſimum ſi aliis permiſceatur linimentis ex ol. philoſoph. formic. & pingvedine taxi.

An omnia tandem præ aliis famoſus eſt 5.

5. Balſamus. *Balſamus* de ſangvine Cervi *antipodagricus* ſeu ₒ°ₒ S. C. alcoliſatum, cujus ferè idem modus eſt, nimirum

℞. Sangvin. Cerv. adhuc calentis mj in eo aliquamdiu macer. interiora ipſius viſcera particulatim diſſecta, poſtea putref. ♉. dein deſtilla, ex ∸ per gradus 1. lento igne, hinc 2. fortiori per retort. & exibit oleum rubicundum, & fœtens, ⊖e vol. ad Spondylia colli adhæreſcente, ₒ°ₒ rectifica per colchotar. ex cucurbita △ ∸. aliquoties à recenti colchotare deſtillando: demum ſolve in correcto hoc oleo ⊖ & ſerva.

Virtus. *Vires & uſus. In podagra*, ubi dictum, ſummi eſt ſolaminis, quotidie bis tervè ſex diebus continuis illitus, ubi dolores ſiſtit

ſiſtit tumore ſimul ac rubedine evaneſcente.

Inſignis item ejus uſus eſt *in Contractura* à quacunque cauſa ſuborta, quippe vi ſalis magnam omninò reſolvendi vim obtinet. *Schröd. ex Glukrad. in Bognin. &c.*

Alium quoque *Balſamum Antipodagricum* exinde paravit nominatiſſimus Dn. *Sachſius*, qui colore cœruleus evaſit, & *in arthritide vaga* propter ⊖ vol. addit. è ſangvine Cerv. optimos habuit ſæpiſſimè effectus.

Antequam ad alia deveniamus non prætermittenda hæc videtur *Inſtantia:* *Inſtantia?*

Quod à DEo in Sacris *Levit.* c. 7, 26. & 17, 10. *Deuteron.* 12. v. 16. & 24. It. act. 15. v. 20. & 29. *Populo Iſraëlitico uſus ſangvinis cujuscunq;* animantis fuerit *prohibitus*, adeoque in medicina Cervi ſangvis non uſurpandus.

Cæterum præceptum iſtud de non uſurpando ſangvine nos non ferire vel ipſa litera docet. Ita enim verba habent Levit. 7. 26. Similiter nullum ſangvinem comedite in ullis habitationibus veſtris ullius volucris aut ullius beſtiæ. Quisquis homo comederit ullum ſangvinem, utique exſcindetur homo ille è populis ſuis. *Reſponſio.*

Ubi Dominus expreſsè *non de uſu* ejus *ut medicamenti, ſed de eſu ut alimenti loquitur*, *Diſtinct. I.*

cui interdicit, qualem sangvinis crudi usum, esumque & nos ipsi hodie reformidamus ut ex ante allatis liquet.

Quia enim *sangvis cammuniter noxius est*, atque ob sui in ventriculo coagulationem, facilem corruptionem & pravam sæpe qualitatem non cibis, sed venenis à multis annumeratur (quemadmodum *de Taurino sangvine historiæ* exstant, quæ testantur quosdam illô haustô variis symptomatibus correptos mortuos esse. Item *de felis sangvine*, à quo puella eô potô, felis Naturam ex intervallo induit, ac quod id animal in ædibus solet, illud ista imitata est voce, saltu, gestu, cùm mures in silentio venaretur, idque tam diu, dum Paroxysmi vehementia remiserit. Consul. D. *Sennert. Tom.* 3. l. 6. *Pract.* f. 661. & *Tom.* 1. *Instit.* l. 2. *part.* 3. *Sect.* 1. c. 7. f. 386. *Martin. Weinrich. demonstr.* c. 15. &c.) ideò meritò exulare debet, licet à pluribus hodie (ut non dicam de *potatione humani sangvinis in Epilepsia*, & quidem calidi adhuc, spiritibusque vitalibus pleni, quod non solum *superstitiosum* ac truculentum; verum etiam dictam ob causam cum ingenti periculo conjunctum esse pronuncio) *porcinus*, *bubulus*, *aut leporinus &c.* sangvis sale atque aromatibus conditus ac propriis intestinis farctus, vel aliter paratus sæpe numero avidissi-

Potatio humani sangvinis in Epilepsia superstitiosa & periculosa

dissimè ceu svavissimum expetatur edulium.

Præparationem autem illius *medicinalem*, cum omnia propter hominem data, Gen. 9. v. 23. non injuriâ petimus, & divina exinde investigamus conficienda remedia: Non igitur Culinariam & alimentarem, sed medicinalem volumus usurpationem.

Accedit, quod hæc ipsa de sangvinis interdicto *Lex in Veteri Testamento* tantùm *ceremonialis* fuit & temporaria, sub certo respectu & ratione typi populo lata, quâ cessante procul dubio etiam, cessabit ipsa, & nos Christianos in N. T. (uti in actis Apostolor. propter infirmos adhuc in fide certô modô concessum fuit) non obligabit: *ubi etenim nulla legis sanctio ac promulgatio, ibi nec aliqua ejusdem prævaricatio*. Quin imò erat, explicante *Theodoreto*, ratio Legis hæc, quia in V. T. sangvine victimarum fiebat expiatio, ea propter DEO sacer erat sangvis, populoque tunc temporis prohibitus. Sed hæc Theologis committentes nostra sectabimur visuri.

II. *Lex V. T. Ceremonialis & temporaria.*

CAP. XXIII.

De Carne Cervi.

INter ferinas ac sylvaticorum animalium

Carnes, tàm Magnates, quàm Nobiles, quique Principum aulas frequentant & Curiæ præsunt, Cervinam plurimi in deliciis habent, eamque mensæ potissimum Augusto, quo tempore gratâ pingvedine luxuriant Cervi, magnoque supercilio Primatum mensis apponitur.

Caro quid?

Est verò *Caro* (musculosa maximè) pars corporis similaris sangvinea, rubicunda, substantiâ mollis, ex sangvinis coagulo concreta, ad fibrarum, quibus circumjicitur, robur genita.

Natura & qualitas ejus.

De Natura autem in diversa abeunt Autores. *Isidorus* tradit Cervum carnem habere teneram ac propter motus frequentiam concoctu facilem; Et, si castratur, antequam cornu concrescat, magis fieri temperatam.

Sententia communis ac propria.

A pluribus tamen Caro Cervina græcis τὸ ἐλάφειον sc. κρέας, German. Das Hirsch-Wildbret/quia *dura est ac siccioris naturæ bubula*, haud absimilis, difficilis coctionis, succumq; crassum ac melancholicum, *inprimis si adultior* sit, generat, facileque (nimiô præsertim usu) viscera, hepar, ac lienem obstruit, & minùs alvum dejicit, vel ut *Hippocr.* loquitur περὶ διαίτης f. 357. ἧσσον ὃ διαχωρέει non adeò conveniens alimentum statuitur,

præci-

præcipuè melancholicis ac senibus, & iis omnibus, qui vitam sedentariam agunt.

Galenus non modò duram facit, difficilem concoctu, & melancholicum *de ren. affect.* cl. 7. c. 6. f. m. 392. sed etiam planè *Asinorum carni proximam* judicat, ab ejusque esu abstinendum de *atten. Vict. rect.* l. c. 8. f. m. 90. F. it. *de aliment. fac.* l. 2. c. 2. fol. 51. A. Hinc & *Avicenna* quartanas ejus esu induci putat. *Quoad usum culinarem* & alimentarium. *Galen.*

Non ergò nisi *modicè ac debitè*, ubi ritè præparata, ac correcta, concedenda, ita ut eam delibare, quam satiari illâ satius fiet. *Usus 1. Alimentarius sit modicus.*

Simeon Sethi cavendam æstate censet, quod tunc propter serpentum esum venenata sit, & si frequentius sumatur, corpus tremulum facere: per hyemem autem tutius sumi, quia fortè tunc salubrior ac meliùs à calore hominis superatur. D. *Jonston.* in H. N. *de quadruped. artic.* 7. f. 92. It. Dn. *Caspar. Schwenckfeld in Theriotrophæo Silesiæ*, l. 2. f. 82.

Assa quidem & cum jure benè acidulo sapore præparata ac frigida magis appetitum recreat, quam calida. (Juxta *Agricolam* salsa prius & assa, atque ante alios cibos sumpta ebrietatem magis arcet ac crapulam) firmumque satis præbet nutrimentum *Sit ritè præparata Caro.*

instar bovillæ, à quâ tùm sapiditate tùm alendi facultate parum aut nihil distat: hinc quoque crebrò caupones delicatulis aulicis aliisque imponunt, dùm illis bubulam (vel etiam prout Comiti cuidam Teutonico in Hispania accidit, asininam) carnem, sale, aceto granisque juniperinis maceratam, elixam vel assam aut quovis aliô modô confectam pro Cervino offerunt; tantum in multis valet credula nimis persvasio!

Par judicium esto *de Cervulorum* seu Hinnulorum *carne* Jung-Hirsch / oder Hind-Kalbes Wildprett / quæ delicata quidem habetur, & multis in amore ac voluptate est; Verum cum ex omnium tenellarum carnium natura excrementosis succis vel maximè abundet, sicut magis & Hinnuli nuper ex utero excisi Caro; ideò prorsus è culina videtur releganda.

Usus 2. Medicus in genere. *Quoad usum Medicum, In Genere* à quibusdam statuitur similis energiæ (minoris ego puto virtutis) cum corde.

In specie. *In specie* verò, quandoquidem teste *Plinio* N. H. l. 8. c. 32. f. 140. n. 12. propter dissimile ac proprium temperamentum *febrium morbos non sentit hoc animal*; idcirco specificâ quasi Naturæ proprietate *contra febrem* (secus ac sentit *Avicenna*) præservare & mederi huic timori creditur. Exempli

loco

loco adducit quasdam Principes fœminas omnibus diebus matutinis carnem cervinam degustare solitas, & longo ævo caruisse febribus: quod nonnulli ita demum existimant ratum, si vulnere uno interierit. *Jonston.* l. c. D. *Greg. Horst.* T. 3. *exerc.* de *febr.* 1. quæst. 6. f. 130. *Jul. Solin.* c. 31. fol. 45. b. *Coler.* l. c.

Ab Hippocr. l. c. περὶ διαίτης seu de victus ratione l. 2. f. m. 357. singulariter etiam *ad urinam* provocandam, & *ad veneris ignaviam* commendatur ab *Alex. Bened.* l. 1. c. 42.

Alii *diuturnitatem vitæ* carnis Cervinæ præcipuè juvenis, *esu* sibi pollicentur, quòd nempe vivacissimum fiet animal, cujus Caro solidum præbeat nutrimentum, multum diuque nutriat, à morbis defendat atque suâ Naturâ ad longævitatem valeat. *Baricell. in Hortol. Gen.* p. m. 107. Non secus ac *Dioscorides* l. 2. longam senectutem eos agere arbitratus est, qui viperæ carnibus vescuntur.

Propterea à *Plinio* l. 30. c. 13. f. 549. *Antonius Musa* Cæsaris Augusti Medicus viperas in cibis iis dedisse scribitur, qui ab ulceribus incurabilibus affligebantur, ratus hoc auxilium vitam illis producere, atq; omnes persanasse.

S 4 *Sini*

Sini quòque Cervi villos seu nervos exsiccatos primùm, dein aquâ maceratos ac coctos ad lautitias ciborum vitamque longius producendam expetunt, *Prenel. de Artif. hom.* & *mir. natur. in* (*Sina* & *Europa* pag. 1346.)

Postremò ex *Hinnulorum* recens natorum & *subulonum* carne ac visceribus cum aliis quibusdam cordialibus junctis *aquâ* parari potest ad modum cordis Cervi, refectioni atque pectorali affectui sæpe utilissima: Sicut & ex Carne Cervina *balsamum* conficere licet, quod Magnif. Dn. *Præses* singulariter commendat. Conf. *Agric. obs.* in *Popp. part. 2.* p. 234.

CAP. XXIV.
De
Cerebro Cervi.

INter Cervi Calvariam substantia mollis & albicans, ex purissima seminis portione fabricata, nunc consideranda venit *Cerebrum*

Cerebrum dictum, German. **Das Gehirn**: Græc. à Situ ἐγκέφαλον nominant, quod in capite est locatum & continenti calvæ proportionatum, nervorum ac sensus omnis motusq; voluntarii principium atque organum.

Temperamentum ejus. *Temperamentum* statuitur *frigidum & humidum*, licet nativa suâ temperie calidum, humi-

humidum jure censendum videatur *Deodato* l. 1. *pant. Hyg.* c. 34. f. 344.

Usus Cerebri *rarior* est maximè *alimentaris*, propter temperamentum enim frigidum ac humidum(*Aristoteli* quoque humanum merum excrementum pituitosum multarumque defluxionum fons & scaturigo dicitur) non nisi Cholericis, calidis ac siccis naturis convenit, idque in tempore debitè assumtum. Conf. *Galen*. 3. de alim. facultat. c. 8. f. 53.

Usus alimentaris non adeò conveniens, præcipuè phlegmaticis.

Usus medicus internus. Ex eo & calvaria (potissimum cervæ) quidam ad modum cerebri & cranii humani Arcanũ vel *aquam Cephalicam* compositam parare volunt, cujus virtus à proprietate *ad caducum* morbum curandum, & adversus *venena* conveniat, ceu alexiterium præstantissimum. *Colerus* separatim pulverem Cranii Cervæ magnifacit l. 14. c. 37. f. 58. ex descriptione *Oswald. Gabelkhovern. part.* 2. p. 392.

Medicus internus.

Externus. In Coxarum & Laterum dolore restituendisque fracturis laudatur à *Rhase*. vid. & *Jonston.* de *hist.* N. f. 92.

Externus.

An verò in cæteris etiam medullarum ac pingvedinum naturam & usum habeat, quarum familiæ à multis quidem adscribitur, multis verò parasangis ab iis distat, sive temperamentum intuearis, sive substantiam

& usum rectè consideres, acutioribus cogitandum ac judicandum relinquo. Conf. Anatomicorum facilè Principes *Spigel. de hum. corp. fabr.* l. 10. c. 4. f. 374. *Riolan. Enchirid. Anat.* l. 4. c. 2. p. 245. *Bartholin. Anat. ref.* l. 3. c. 3. p. 320. *Highmor. disquisit. Anat.* 3. part. 1. c. 6. f. 209.

CAP. XXV.
De
Pulmone Cervi.

Pulmo. PErgamus ad pulmonis Considerationem. *Pulmo* German. Die Lunge / est Instrumentum corporis animantis spirabile ac vocale, unde à Græcis Πνεύμων, παρὰ τὸ πνέειν dicitur, quia animalibus in aëre viventibus ac respirantibus proprie datus ad usuram vitæ summè necessarius, ideoque à

Substantia. Natura ex Substantia spongiosa, levi, molli, foris albicante, intus subrubra, vasis intertexta conflatus, in pectoris cavitate juxta

Situs. Cor situs,

Usus alimentar. *Quoad usum alimentarem*, ob substantiæ quid. levitatem & raritatem ritè præparatus facilè digeritur, & per stomachum descendit, sed sangvinem pituitosum magis generat, neque in cibo, ut Caro, ita in deliciis habetur atque expetitur.

Medicus. Potius verò à quibusdam ob specificam quasi virtutem, sicut pulmo vulpis, *ad pulmonum*

monum affectus (ut & hepar Cervi, maximè subulonis ad affectus hepatis,) in usum medicum trahitur.

Vires. Intus ad phthisin facit. Sic enim D. *Jonstonus* in H. N. f. 92, 2. inquit: Sunt, qui phthisico profuisse scripserunt siccatum in fumo, tritumque in vino vel alio conveniente vehiculo exhibitum. Ita pulmone ejus Phthisicis nihil utilius asserit *Johnson. in Lex. chym. p. 123.* *Vires. Intus.*

Plinius pulmonem Cervi maximè subulonis præfert. l. 28. c. 17. f. 520. & cap. antec. 12. f. 516. pulmonem cum Gula sua arefactum in fumo, dein tusum ex melle quotidiano eclegmate exhibet.

In dyspnœa Cinis ejus in olla fictili exustus, multis ad suspirium profuit.

Foris. Clavos, rimas, collivitia, & attritum pedum, si *Plinio* credendum, impositus ac sæpe renovatus sanat. Vid. etiam *Marcell.* & *Jonst.* *Foris.*

CAP. XXVI. De Coagulo Cervi.

IN ventriculo Cervi, Hinnuli præprimis, etiam *coagulum* reperitur, in medicina valdè commodum, German. Das Mäglein Lab/die gerunnene Milch/Renne oder *Coagulum*

oder der Kern / Latinis à cogendo i.e. densando seu stringendo, appellatum, quod se vulgo ad densandum lac usurpatur, idque à multis in medicina tanquam secretissimū experimentum æstimatur.

Usus Internus. *Usus. Internè contra serpentum morsus & venena* alia, præsertim ex hinnulo in utero occiso præcipuum putatur remedium vel per se in vino, aut acet. *(bezoard.)* vel cum Cornu Cervi usto propinatum. Plin. l. 28. c. 9. *Jul. Solin. polyhistor. de Cerv.* cap. 31. *Schwenckfeld.* f. 85.

Intestinorum vitiis magnoperè prodest coagulum Cervorum, decoctum cum lente betaque, atque ita in cibo sumtum. *Plin.* l. 28. c. 14. f. 518.

Sic & feliciter bibendum datur *adversus hæmoptysin, fluxus* quoscunque ac morsum canis rabidi in aq. plantaginis vel alio vehiculo. *Adam Lonicer. de an. in cap. de coagul.* f. 313. f. 2. *Gesner. in Histor. Cerv. Holler.* l. 1. *de morb. int.* cap. 27. *Ludov. Mercat. Tom.* 3. l. 2. c. 5. & *Joh. Coler.* loc. alleg.

Quin *singulariter* facit *contra cicutæ & fungorum esum. Aët. Tetrab.* 4. Germ. 1. c. 59. *Dioscorid.* l. 2. parab. c. 146. *Jonston.* H. N. f. 92.

Externus. *Externè.* Ictûs serpentum statim impositum sanat, sicut eos fugat medulla cervi;

Mich.

Mich. Babst in Artzeney/Kunst/und Wunderbuch l.2. f.15.

Ad *maculas* item *faciei* valet, ut & ad ſpicula cuti aut carni infixa elicienda. *Oſw. Gabelkofer. de vit. fac.* part. 2. f. 91. *Dioſcor.* l.1. *parabil.* c. 168.

CAP. XXVII.
De
Medulla Cervi.

PRovida Mater Natura ſicut alii perfectiori animanti, ita & nobiliſſimo cervo noſtro conceſſit Oſsa i. e. duriſſimas, uti loquitur Galenus, quasdam partes ætate ſicciſſimas, maximèque terreſtres & quaſi baſes totius animalis, quæ corpori ſtabilimen ſeu fundamentum, tutamen, rectitudinem & figuram conciliarent. *Oſſa quid?*

Sunt enim *Oſſa* propugnacula adverſus omnes impetus, roburque corpori ſuſtinendo præſtant; non aliter quàm baſes ac fulcra ædibus ſubjecta, quibus ſi animal careret, non minus monſtroſum eſſet, quam hominem naſci ἀόστον absque oſſibus, cujusmodi puelluli meminit Hippocrates magnitudine 4. digitorum, ſed non diu viventis: Cui ſimilem *Foreſtus* quoque conſpexit. Quin imò iis deſtitutum animal more ſerpentum, vermiculorumque reperet; ab his ergo totius *Barth. Anat. p. m. 471.*

tius corporis proceritas & incrementi metâ dependet, ultra quam citraque nequit consistere rectum.

Intus cava. Ossa illa, ut ne nimis ponderosa essent, intùs cava facta sunt, sicut hominis, utut *Plinius* H. N. l. 7. c. 18. f. 113. scribat, concretis quosdam ossibus vivere ac solidis sine cavitate ac medulla, quos *Corneos* vocat, signumque illorum esse nec sitim sentire, nec sudorem emittere. Quod de *Lyddano Syracusano* confirmat *Solinus*. Sed fides esto penes Autores. Conf. *Barthol.* l. 4. c. 1. p. 474.

Ubi Medulla. *In cavitate* verò eaque *triplici triplex* quoque continetur *Medulla Gallis de la moelle*, German. das Marck / so in den Beinen ist / quæ inter pingvedinem liquidam, unctuosam & coagulatam ac concretam medium quasi obtinet, nec datur intueri, nisi fracta fuerint Ossa *Riolan. in Encb.* p. m. 423. Et quidem in majore grandiorum Ossium cavitate medulla rubicunda observatur: in mediocri & minorum Ossium cavitate candida: in Ossibus spongiosis succus medullaris continetur; quanquam *Plinio* in juventa tantùm rubens, & senecta albescens medulla videatur in N. H. l. 11. c. 38. f. 210.

Ossium nutrimentũ proximum *Medulla* isthæc *Ossium* excavatorum *materia nutriens proxima* habetur *Hippocrati ac Galeno* (quibus *contrarius Aristoteles* aliiq;

Peri-

Peripatetici, qui medullam excrementum potius Ossium esse contendunt) sicuti in cartilaginibus, mucosum quoddam seu humor pituitosus, viscidus, crassus & oleaginosus confunditur ceu proxima nutriens materia: *remota* verò censetur *sangvinis pars crassior*, terrestrior & veluti excrementitia per venas influens in medullam, ubi in cavernis ossium excoquitur. Unde in istis cavitatibus Ossium animalium *nuper natorum medulla adhuc cruenta* existit. Sed de his Anatomici. *remotum est sangvis*

Vires. Medulla autem *in genere calefacit, dolorem sedat, resolvit, emollit.* *Vires intus.*

Hinc *quoad usum medicum in specie*, & quidem *internè* præ cæteris *ad morbum comitialem* laudatissima est in cerevisia calida epota. *Oswald Gabelkof. de Epil.* f. 38. Sic etiam *contra venena* in vino, cui radix pimpinellæ incocta, per aliquot dies manè sumta plur. celebratur. Id. *de venen. part.* 3. f. 210.

Præterea *in adscensu* ac strangulatu *uteri* ʒj cum æquali portione radic. levistici in cerevisia calida data valdè commendatur Churfürstl. Sächs. Artzney-Buch l. 5. f. 385.

Tandem quoque valet *ad colicam & tormina ventris* in vino calido sumta. *Gesner. in hist. Cerv.*

Exter-

Foris. *Externè. In pervigiliis* adhibetur cum aliis potissimum somniferis mista, & temporibus, naribus, pulsibus ac plantis pedum ceu ungventum illita.

Contra Scirrhos, Dioscorides laudat l. 2. c. 69. f. 116. & antec. Adversus *Scrophulos* verò ex illa *Weickardus* p. 608. hoc ungventum componit.

℞. Axung. human.
porc. castrat.
mucilag. sem. lin.
fœnu græc. ā ℥iß
℥ nuc.
lil. alb.
Sambuc.
irin.
Cheyrin.
amygd. amar.
medull crur. vit.
Cerv. ā ℥j
F. ungvent: Vel cum ceræ quantitate aucta cerot.

Ad dolores Laterum, coxendicum & scirrhum hepatis aut lienis prodest parti affectæ inuncta: proindeque Venatores studiosè Cervorum medullas eximere & servare scribit d. l. *Dan. Horst. in ph. cath.* l. 8. *de remed.* c. 5. f. 233.

Ad dysenteriam facit cum pulvere C. C. in forma

forma emplastri ventri imposita, vel in clysteribus convenientibus soluta & applicata. *Agric. de Cerv. part.* 1. c. 4. f. 103. & *part.* 2. c. 18. f. 215.

Ad menstrua item *aperienda*. De Ejus usu ita post *Agricolam Mizaldus*: Si medullæ Cervinæ ℥ij vel ℥iij pro corporis & ætatis modulo includantur in linteolo mundo & raro; postea pudendo muliebri inserantur filo extra pendente ut retrahi possint, modò tunc se offerat opportunum ac statum purgationis tempus, & præparatum fuerit corpus; præscriptaque & instituta debita vitæ ratio; magno juvamento sopita Virtus uteri excitabitur. Conf. *Jonston.* H. N. f. 92, 2.

In Hernia simul cum aliis ingreditur Emplastrum *Weickardi* pro senioribus, cujus descriptio vid. apud Venerandum *D. Beckherum in microcosm. med.* f. 103.

Porrò medullam Cervi *Serpentes ac venenata animalia* fugare perunctam Idem *Jonstonus Autor* est. Vid. & *Dioscorid.* l. c. it. *Schwenckfeld.* l. c. f. 82.

Combustiones quoque sanat perfusis aquâ aliovè liquore fervido membris. Id. ex *Hildan.* l. *de Combust.* c. 8.

Adversus atrophiam ex penuria alimenti, combustion. partium ad magna vasa arter. & Ven. aliaque causa præstans habe-

tur remedium, si tota pars affecta primis quidem diebus oleo ros. postea seq. *balsamo* inungatur:

Balsam. compos.

℞. pingved. human.
mur. Sylvestr. ā ℥iß
medull. Cerv.
bubul. ā ℥iij
mastich. thur. an ℥ij
Cer. ℥iv
terebinth. ℥v

Omnia invicem probè misc. & ex retort. destill. ac rectific. tert. vice, hoc ol. misc. cum pingv. h. an. & part. inunge.

Popplus. l. 2. *thes. med.* p. 243.

Adversus pustulas Ferrar. l. 4. *de medic. infant.* p. 264. seq. describit:

℞. Medull. Cerv.
bubul.
pingved. hum.
urs.
balsam. Ver.
Camphor. an p. æq.
musc. par.
M. & inunge.

Ita & *pro cicatricibus & voveis* post variolas ac morbillos relictis explendis commodè aliis idoneis ad id medicamentis permiscetur.

In

In podagra Cl. *d. Wittig.* p.m. una cum aliis præmissa Tincturâ bezoard. cum Sp. V. rect. & super ⊖. C.C. abstract. in ipso paroxysmo sequens *linimentum* ceu *secretum* ac sæpius compertum anodynum mirum quantum commendavit, quod

℞. ℴℴ fl. verbasc. ℥j
Vulpin. ℥iij
St. philosoph. rect. terebinth. ā ʒij
pingved. tax.
Medull. crur. Cerv. ā ℥j
⊖ C.C. fix. petroselin ā ℈ß
M.F. linim. quô fricetur locus affectus calidè.

Denique præ reliquis ferè juxta pragmaticos & *ad maculas & dolores scorbuticos*: nec non juxta *Plin. in ulceribus malignis & tibiarum ulceribus* præstat *Schröd.* l.5.ph. f. 283.

Beckherus in Parnass. med. Part. 1. Zoolog. de Cerv. f. 32. etiam *ad vulnera ac fissuras cutis* laudat his versibus:

Schmirt nur mit Hirschmarck offt die Wunden/ so zerspalten/
Es heylet/ziehet an/kan wol zusammen halten.

CAP. XXVIII.

De Sevo & Pingvedine Cervi, Ejusq; oleo destill.

DIctum est jam ante, quod inter pingvedinem tàm liquidam & unctuosam â Natura carni atq; membranæ intertextam, quam coagulatam & concretam renibus præsertim, dorso, suminibus &c. Media quasi fiet medulla: De hac quia cap. præced. dictum, nunc agendum de reliquis sevo potissimum ac pingvedine unctuosa, sub qua & adeps comprehenditur, qui pòst tamen paulò distinctius â pingvi considerabitur.

Definit. Pingvedo quid? Est verô primum *pingvedo*, Græc. πιμελή, πῖος, Germ. Fett/ Feistigkeit/ tenuissima sangvinis portio, humidioris potissimum animalis, calida & humida aërea, pingvis ac oleosa, ideoque similaris quasi pars corporis, vitæ expers, è venis per teneritudinem tunicæ, roris instar exudans, & moderatô calore â membranarum frigiditate, densitate ac qualitate in se ipsa figente concrescens, ad totius cumprimis tutamen & juramentum. *Riol. Barthol. Highmor. &c.*

Definit. explic. Dixi est *calida & humida* aërea (non aquea) quia ex sangvine fit (*Folius* ex chylo putat *Barthol. in dub. de lact.* p. m. 162. it. p. 51.

it. p.51.) absolutè coctò maximè tenui, aëreo & oleoso, id quod sæpe pingvedo per urinam liquida excreta ostendit,(hinc *Arist.* ait: quæ sangvine carent, nunquam habent adipem vel serum) caloreque facilius funditur: difficulter verò cogitur rursus, nec frangi potest, estque mollis, laxa & rara.

Præterea dicitur *corporis quasi pars similaris*, *non* simpliciter: quia nempe pingvedo *propriè* loquendo non est pars, sed potius humor, nisi forte una cum membrana sua consideretur, ut frequenter fit â *Gal.* *Vitæ* etiam est *expers* (sicut & adeps vel axungia atque sevum) id quod sectiones indolentes & absumptiones testantur. Quia enim facultatis organa desunt, nec nervos habet, arterias aut venas, idcircò etiam sensu destituitur; Unde sues pingvefactos adhuc spirantes & viventes â muribus arrodi scripsit *Plin.* l. 11. c. 39. f. 209. nidô aliquandò etiam in iis constructô, uti experientia loquitur testis. Sic ex balænis quoque in Groënlandia sine ullo doloris sensu adipem insciis exscindi docet *Bartholinus.* Quin imò ob nimiam pingvedinem *Dionysium* Tyrannum dormientem neque acubus potuisse excitari idem refert *in Anat. ref.* l. 1. c. 3. p. 17. *Efficiens*, vel Generans pingvedinem dixi *calorem temperatum*, liquorem

pingvem & oleosum circà membranas sensim applicantem: non peculiarem formam pingvificam, quia pingvedo non vivit, nec ita certam dimensionem habet, & in pingvem Ossium medullam concrescit sine talis formæ auxilio.

Efficiens autem *concretionis* statuo certam frigiditatem membranarum, quia non nisi in locis frigidioribus nascitur pingvedo, ubi nempe frigidior Natura, membranosa substantia & humor frigidior satisque conveniens vid. l.c.& apud alios.

Tandem additur & *ad corporis tutamen, aliaque Naturæ bona*, (id quod maximè etiam de adipe intelligendum) si enim mediocriter habeat sese, non parum utilitatis confert; dum scil. instar pulvinaris ac propugnaculi contra ictus, contusionem, compressiones facit; dũ spacia inter musculos, vasa & cutim vacua replet, corpusque pulchrũ & æquale reddit; dum vestis instar calefacit, caloremque nativum fovet effluxum suâ viscididate prohibendo, crassitie ac densitate meatus recludendo ne frigus penetrare valeat; dum hinc etiam coctionem promovet (undo in homine omentum abscissum flatus & ructus gignit) dum & calidas siccasq; partes, ut cor, oblinit, & humectat, motumq; faciliorem efficit: dum denique juxta *Galen.*

len. & alios, interdum in summa inedia in alimentum vertitur, donec proprium nutrimentum accedat. Quod tamen in dubium vocari non sine ratione videmus, apud *Highmorum in disquisit. Anat.* l. 1. c. 6. f. 12.

Eadem *pingvedo si excedat molestiam* haud exiguam *creat*: *imò & periculum* suffocationis interdum inducit. Hoc præter quotidianam experientiam testatum facit prænominatus modò *Dionysius* Tyrannus, qui & postmodum obesitate illâ extinctus est, notante *Æliano* l. 7. *var. hist.* vid. & *Forest.* l. 10. *obser. med.* 72. & 73. it. *Schenck.* 2. observ. 22.

Adeps verò, qui in brutis *arvina* dicitur, alias & *axungia*, quod axibus rotarum inungendis sit accommodata, Græc. λίπος, Gallis de lagresse, Germ. generaliter das Schmär zwischen Fell und Fleisch/Schmaltz/ ejusdem penè est Naturæ, substantiæ autem solidiusculæ (ut suillus) mollis tamen, & velut oleosæ lactis butyrosæ respondentis, ut digitis contrectatus sive calore fusus innotescit. *Adeps.*

Sevum denique, quod alias & *Sebum* ac *Sepum* vocatur, Græc. στέαρ, Germ. Talck (atque juxta *Castelli* & *Ravensteini Lexicon medicum* indifferenter quoque adeps vel axungia appellatur) est crassior minus defe- *Sevum.*

 cati

cati ac cocti sangvinis portio, minusq; aërea, calida & oleosa, congelatæ & durioris substantiæ, quod contra ac pingvedo vel adeps promtè quidem coit, sed ob partes crudas figentes, ignisque viribus resistentes difficulter solvitur. *Barthol.* p. 17. *Highmor.* f. II.

Differentia. *Differt* igitur propriè â pingvedine non solùm substantiæ, animalis ac situs, sed & materiæ & qualitatis ratione.

Sevum enim est unctuosum illud crassius, quod in animalibus solis quadrupedibus cornutis (*Schröder.* ph. f. 5.) totam Naturam magis terrestrem habentibus (veluti humidioribus pingvedo) ex frigidiore sangvinis portione, quæ è venis creditur excidens, musculorum extremitatibus membranisvè frigidis accrescit, ibidem non secus ac oleum aut butyrum, frigore tandem concrescens, quod postea facilè frangitur. Contra *pingve* est succo-liquidum in homine quidem inter cutem ac carnem, vel membranam carnosam: in brutis verò, membranæ, quæ cutem movet, subjicitur, nec nisi Naturis humidioribus advenit, & neque congelatur, neque durum el fragile evadit.

Ab adipe verò distingvitur quod sevum propriè, uti modo dictum, sit cornigerorum duntaxat, quæ in una parte dentata sunt,

sunt, & quæ in pedibus tales habent: reliquæ autem quæ cornibus carent, bisulca, ac quæ pedes scissos in digitos habent, non sevum, sed adipem obtinent. Concretus quidem & hic, atque cum refrixit, fragilis: semperque est in fine Carnis. *Plin.* l.11.c.37. f.m.209.

Quamvis tamen *hæc* ipsa *Differentia* vulgò non ita attendatur, sed apud scriptores *frequenter nullo discrimine* omnia confundantur, ita ut *in Genere* latiori significatione, si voles, oleosam ac pingvem in animalibus substantiam omnem adipem appellare, axungiam ac pingvedinem liceat. *Castell.* l. alleg. p. 10.

Vires. In Genere naturam admodum penetrantem habet pingvedo, magisq; species una, quàm altera prout in substantia & qualitate disposita est. *Vires in Genere.*

In specie tamen Sevum aut pingvedo cervina insignem penetrandi vim â Spiritu ⊖is vol. obtinere videtur, dum attenuat, dissolvit, absumit, emollit, doloresque figit: Unde Becheri versus Germ: *In specie.*

Thut euer Glieder bald mit Hirschen-Unschlicht schmiren/
Wan sie ermüdt/erhitzt/ihr nicht mehr könnet rühren.

Usus Internus alimentaris rarior est: parum *Usus ali-*

 nam-

mentar. namque aut nihil nutriunt nimiæ pingvedines, ob partesq; viscidiores calidas figentes stomachum inflant, cibis supernatant, chylum corripiunt, inviscant & digestioni ineptum reddunt, aliaque plura mala generant. *Deod.* f. 344. Conf. quoque *Gal.* 3. de alim. Fac. cap. 11. f. m. 53. Unde apud *Trincavellum in Consil.* certâ ratione annotatum scribit Cl. *Schönborn. in manual.* pr. sub „hepati nocivis p. 160. quod lepra & elephas, „qui universi corporis cancer dicitur, pervaserit Germaniam & Gallias non aliam ob „causam, quam propter esum frequentem (& „immodicum) butyri. Quando ergo butyri nimius usus tantum malum inducit, multò magis una cum reliquo errore & Cervinum pingve nimis hepar ac sangvinem &c. depravare poterit.

Internus varior.

Usus Internus *medicus:* recens sevum (præsertim curatum probè ac repurgatum, de quo *Dioscorid.* l. c. 68. f. 113. seq.) cum jure Carn. Vitul. vel alio appropriato sumtum & debitè iteratum conducit *phthisicis, dysentericis, Colicis &c. Aët. Tetrab.* 2. *serm.* 4. c. 6. *Agricola* loc. allegat. & alii.

Externus sæpius commendatur in variis affectibus: Et quidem præ aliis *in tumoribus emolliendis & discutiendis, vulneribus* ac pernionibus sanandis, *labiorum fissuris*, maximè-

ximèque *in doloribus & caloribus* hominum langventium sedandis. Unde & apud Practicos diversas compositiones ; ungv. alb. coct. Apostol. &c. ingreditur. *Jul. Sol. polybistor. de Cerv.* c. 31.

Ad lentigines ac podagricos dolores Jonstonus sebum laudat N.H. f. 93. cum lenticula & Cornu ipsius inunctum.

Michael Pabst in der Artzney-Kunst-und Wunderbuchs anderm Theil p. 339.

In podagra præmissis præmittendis menstruatim. 2. dies ante novilunium ad pollicem pedis scarificationem cucurbitulatam svadet, posteaque vulnuscula sebo illiniri jubet.

Famigeratissimus ille *Franciscus Josephus Burrhus in Consilio* quodam medico *podagrico* Francofurti ad Mœnum nonnulli communicato inter alia ex omnibus ferè Cervi partibus multisque aliis in axungia ejusdem. (v.g. ℔xv ad pondus viscerum 1. ℔) de coctis *insigne* aliquod, ut appellat, *ungventum* describit exterius partibus affectis illinendum ; cum quo si pariter corium ipsius probè inungatur, ex eoque postea indusium confectum corpori immediatè applicetur, ita ut membra nuda ab eo foveantur, fiatque per intervallum quoddam bis in hebdomade, (coriô semper â sordibus & fætore *Ungv. Podagr. Burrh.*

fætore per aquam tepidam elutô) dicto modo renovato, isthæc sibi gloriosa, ægrotanti verò commoda futura ominatus est. Ex benevola Communicat. Exc. Dn. *Gerb. Thilon.* Medici Francofurt. honoratissimi.

Contra Paralysin. Poppius in Thes. med. variis ungventis ac linimentis, cum humana pingvedine quoque Cervi pingved. admiscet, inprimis p. 584. & 594. ubi simul *balsamum* quendam in membris paralyticis comprobatum sequenti busdescribit:

℞. pingved. human.
cunicul.
mur. alpin. ā. ℥j
Cervin. ℥ij(oderatam omn. magis probarem secundum Dioscorid. l. c. f.m. 114.)
Ol. Scorpion. ℥j
mastich. thur. an ℥ß
Cer. ℥iij
terebinth. ʒiv
M. omnia ex Retort. destill.

Et tertiâ vice repete rectificando: Hujus balsami cum anatica portione pingv. human. misce atque partes inunge. vid. Nob. D. *Beckh. microc.* p. 103.

In Hernia quoque ex Sevo Cervino *Emplastrum* quoddam ordinatur *à Weickhardo,*

do, quod præmiſſis aliis fomentationibus ſub retinaculo geſtandum dicit, ac miris modis convenit præſertim pueris Herniofis.

In Stranguria regioni umbilici illitum mirificè prodeſſe experientia comprobatum eſt. *Oſw. Gabelkofer. de ſtrangur.* f. 349.

Ad perniones maximè valet combuſtum & cum Oſtrea uſta commixtum in forma Emplaſtri *ſext. Platon. de animal.* p. 7. *Jonſton.* l. alleg.

Ad clavos vulgò Kran-Augen / Agleſter-Augen / Hüner-Augen *Mich. Babſt.* l. c. p. 330. ſeq. extollit.

℞. Evphorb. ℥ß piper long. ʒj pulv. infund. in 🜄 ℥iv per 🜂 exſicca & pulv. addendo ☍ chamæmel. lil. alb. caſtor. Laur. Cer. ſeb. Cerv. an ℥ß
M. F. Ungv. & applica.

Ad partum facilitandum Nobiles quædam matronæ atque aliæ mulieres magna cum fiducia uſurpant *pingved.* potiſſimum *dextri Oculi* Cervi, inungendo laborantis partes & lumbos circa coxas abdom. aliaque loca neceſſaria.

Porrò *quoad Præparata* ex ſevo inſuper vel axungia Cervi *Oleum* deſtillatur, ex cucurbita vel retorta vitrea, idque per cinerem aut arenam. Commiſcetur autem vel cum lateribus pulveriſatis, vel cum ſilicibus *Præparata. Ol.*

calci-

calcinatis, vel cum cinere arenavè, ut eò facilius oleum ascendat. *Schröd*.ph. l.2. f. 241. Plura vid. apud *Weckber*. l.2. *antidot. spec*. de ol. f. 685.

Vires. *Vires* & *utendi modus*. Ob summam penetrandi vim emollit, lenit, optimumque mitigativum est *in podagra* semel atque iterum de die illitum. Demum Cl. *Petreus in nosolog. suâ Harmon*. l. 1. *differt. Harm*. 8. f. 167. pl. *in spasmo* seu convulsione probat partes eô inungendo.

CAP. XXIX.

De

Stercore & Urina Cervi, hujusque præparat. &c.

CUm esse & bibere non solum Homini, verum etiam cæteris animantibus necessaria sint, propterea quod in Corpore nativus calor semper aliquid depopuletur; horum autem actionem subsequatur Excrementorum generatio, prout scil. Natura provida vulgariter *tres coctiones* fecit, *primam* in ventriculo & intestinis; *secundam* in jecore, liene, ac vicinis adjuvantibꝰ membris: *tertiam* in quacunque corporis particula: in singula verò coctione quædam partium Heterogenearum & ad nutritionem inuti-

Tres coctiones.

inutilium sequitur sequestratio, ita nempe ut *excrementa primæ coctionis* postea â Natura *excludantur, per* Occidentalem corporis regionem videl. *alvum : Secundæ* partim *ad intestina & vesiculam fellis, partim ad renes ac vesicam* ablegentur *per urinam : Tertiæ* autem tàm *particulariter* ab *ipsis membris*, quàm *universaliter per cutem* porosam in forma madoris evacuentur: Proinde pauculis jam de excrementis Cervi crassioribus, Stercore nimirum & urina agere animus est.

Atq; primum quidem ipsum *Cervi Stercus* quod concernit, German. Hirsch Koth/ ejus usus non adeò delicatus ac commendatus est. *Stercus.*

Usus. Internè tamen *â Plinio* N. H. l. 28. c. 17. f. 520. Stercus Cervi, præsertim Subulonis eines Spieß-Hirschen *ad hydropem* propinatur tanquam secretum exsiccatum ac pulverisatum cum mulso datum. vid. D. *Agricol. de Cerv. excre.* 2. c. 21. f. 235. *Usus.*

Sunt qui non neglectis aliis necessariis *ad febres intermittentes* potissimum haud contemnendi usus æstimant cum vino vel aq. Cord. ben. Cent. min. &c. Ante paroxysmum exhibendo, huncque brevi intervallo profligari autumant.

Urina verò plures habet usus. Adhibetur autem vel *cruda*, vel *præparata*. Et quidē *Cruda* *intus*. *Urina.* *Usus Crudæ intùs.*

Cruda utilis est, contra flatus ventriculi & intestini recens sumpta. *Adam. Lonicer. in histor. Cerv.* f. 323. *Colerus* l. alb. *part.* 4. *Oecon.* l. 14. c. 37. f. 58.

Adversus obstructionem ac dolorem lienis jejuno cumprimis ventriculo hausta.

In Hydrope commodat obstructiones scil. hepatis ac lienis reserando, & ab humorum putredine præservando in initio maximè ubi per aliquot dies hausta continuatur: singulari enim modô pellere urinam videtur.

Foris. *Foris Contra* venenatam *auram & malignitatem* attractam vapor Urinæ exceptus utilis. *Cardan. de venen.* l. 3. *de pest.* c. 23.

In Ulceribus aurium aliquot guttulæ Urin. Cerv. instillatæ ea leniunt ac sanant. *Lonicer. & Coler.* l. c.

In podagra quoque præcipuè præservationis ergò egregium creditur remedium, vel per se vel cum Urina propria mista, & lotione adhibita.

In paralysi nonnemo ℅ Castor. rut. & aliis addit pro linimento tempore inunctionis.

Præparata. *Præparata Urina* fieri potest vel simplici ac rudiori modo: Vel Artificioso magis & Spagyrico, adhibeturq; ad varios & diversos affectus, de quibus jam ante.

Cæte-

Cæterum uti ex C. C. aliisque ejus partibus, ita etiam ex urina præter Spiritum &c. *Sal volatile* confici poteſt, quod in deſtillatione ipſius ſimul adſcondit. *Spiritus. ⊖ vol.*

De ⊖e autem Urinæ hæc notare competit, quod ſi urina recens ſumatur & deſtilletur, prodeat initio phlegma, ⊖ verò cum Spiritu ſubſequatur: Si autem Urina recipiatur non recens, ſed fermentata ac quæ remaneat in vaſe aperto ad aliquot ſeptimanas vel menſes ut putreſcat, & tùm deſtilletur ⊖ vol. primò prodit & phlegma poſt. *Modus parandi.*

Debet verò Urina deſtillari vel per cucurbitam longioris colli, vel per retortam, cujus collo aliud collum fuerit commiſſum, ut ⊖ vol. in mora illa adhæreſcat, nec commiſceatur cum Spiritu; quod ſi fiat, vix ab illo ſeparari poteſt.

Alium modum proponit Cl. *Zwelffer. in appendice ad animadv.* f. 72. nimirum: Si *ex urina recenter miſſa* ⊖ illud comparandum, accipe illam tempore præſertim hyberno, æſtate enim ilicò à calore fermentatur: Inde alembico vitreo ſuo capitello munito & in B. M. ad craſſitiem mellis abſtrahatur, reſiduum craſſum interim aſſervetur, donec ejus ex magna urinæ copia repetitis deſtillationibus una alteravè libra collecta fuerit, quod cineribus permiſcendum, ac

U alem-

alembico, cui ineſt, in arenam collocatô igne lentiſſimô ſublimandum eſt, & extemplo ſcandat ad capitellum ⊖ vol. in magna quantitate: Sublimatio continuanda donec nihil amplius de ⊖e ſurſum elevari perſpiciatur, excipiendo quandoque ⊖ vol. in Capitello, ne roſtro ejusdem à Sale obſtructô capitellum & alembic. diſſiliat, rumpatur.

Ex urina porrò *fermentata*, ſi lubido fuerit ſæpius dictum ⊖ conficere, hoc modo procedatur: Scilicet urina tempore æſtivô aliquot dierum ſpatiô fermentata alembico vitreo ſatis amplo immittatur, ac in arena leniſſimè (ne nimium efferveſcat, aut inſpumam cōverſa impetuosè, uti ſolet, elevetur & tranſcendat) deſtillatio inſtituatur, quæ eò usque continuanda, quoad ſpiritus ſalſus guſtu percipiatur, reliquo verò reſiduò effuſò alia Urina fermentata alembico immiſſa deſtilletur. Hinc copia aliqua hujus urinæ Spiritus collecta & ſemel etiam jam dum rectificata in phiola oblonga ſatis igne moderatô, inque arena ⊖. ejusd. vol. ſublimetur, quousq; aliquid de ⊖e candidiſſimo ſurſum elevari perſpicitur, quod facile in ipſa ſublimatione vel operatione cernere licet, aſſervatur poſtea ſtudiosè in vitro cerâ & veſicâ optimè clauſo, ſecus vel ſponte evaneſcit.

Qua-

Qualitates ac Vires quod ſpectat præter alia *eximium diureticum* præbet, *Urinam* n. ciet validè, nec non *calculum movet*, à gran. aliquot ad ℥j plus minus in juſculo, vino aut liquore conveniente exhibitum. *Virtus intus.*

Extrinſecus. Si pulveriſetur oculorum morbis confert, quando una cum aliis convenientibus modicum illius bis in die inſpergitur. *Foris.*

CAP. XXX.

De *Pelle & pilis Cervi.*

TRactationi huic noſtræ tandem coronidem atque ultimam manum impoſituri non poſthabendam arbitramur & pellem, ſeu corium cum pilis Cervi, quippe quod forinſecùs etiam non contemnendum in veſtitu pariter ac medicina præſtat uſum.

Prius verò, quàm uſum medicum diſpiciamus, non abs re erit Naturam & qualitatem in potioribus ſaltem perluſtrare.

Eſt autem ſicut cutis homini, ita *pellis* vel *corium* bruto atque cervo, die Hirſchhaut/ commune omnium partium indumentum, Corpori inſtar nativi tegumenti obductum. *Pellis quid.*

Subſtantia & *Materia* pellis *propria eſt*, *membrana* ſcilicet ab aliis diverſa, ita denſa ac ſolida, ut juxta *Geſneram* validos etiam *Subſtantia.*

ictus punctim cæsimque factos avertat, & ferrei thoracis instar hodie expetatur, præsertim in militia: *Jonston*: N. H. f. 97. Hinc & *proprii est temperamenti*, suique juris, qualem in toto corpore nusquam reperies, quoniam ex Sangvine & semine simul mixtis conflatur: ita tamen ut feminis lenta sequaxque portio, quæ distendi queat, prædominetur, ex qua *pars spermatica* judicatur.

Cl. *Highmorus* (in homine) substantiam nerveam dicit cutem, ex Substantia alba nervis simillima, sensu præditam ex nervorum filamentis, venis & arteriis conflatam.

Causa efficiens. *Causa efficiens* est *propria vis generatrix*, nempe *cutifica* seu *pellifica*, corifica, quemadmodum in nervo nervifica, in osse ossifica, quæ â Natura abditâ, & quasi divinâ virtute cutem ac Corium ita efficit.

Temperies. Consequenter *cum* sit *ex membranosa substantia*, *temperies* ejus erit *frigida & sicca*, vel *ex carnosa calida & humida*; aut si lubet, *exquisita* potius â communione venarum, arteriarum & nervorum; quorum extremitates undique excipit, ut sit tactus critirium recteq; de omnibus judicare vel sentire possit.

Neq; ita arctè connexa est partibus corporis subjectis ut *in homine*, in quo idcirco

ubiq;

ubiq; immobilis est, excepta frontis cute: in cervo verò, ut in aliis animantibus, interjacet panniculus carnosus, cui non tam firmiter conjungitur, ideoq; *ad lubitum moveri potest,* ad fugandum quicquid illi molestum: *In Elephante* autem *adeò mobilis est cutis, ut illiq corrugatione muscas apprehendere queat.* Addunt quidam, quod cum cæteris animalibus villos quosdam musculorum instar plures habeat, quam humana cutis.

Numerus. Quamvis membrana unica simplexq; ad visum & tactum appareat: tamen nonnullis ex duabus vel pluribus pelliculis coagmentatam esse volunt. Unde *Numerus.*

Crassities ejus tanta est, admiranda prorsus, ut sæpe proximè ad crassitiem & densitatem corii alcis accedere videatur. Variat tamen etiam plur. pro diversitate sui subjecti, tẽporis & partis, ita ut *in hinnulis* & junioribus *pellis tenuior, rarior,* ac *porosior* sit *quam adultis*; *in fæmellis, quam masculis; hyberno quam æstivo tempore; in lateribus & labiis quam dorso vel collo.* Conf. *Petr. de Crescent.* l. 10. c. 39. *Coler.* l. c. f. 65. it. *Barth.* p. 16. *Crassities.*

Textura ejus *rara* est ac foraminulenta, ad insensibilem transpirationem & excrementorum tenuium transitum.

Usus physicus est, ut sit corporis tegumentum, munimentum & ornamentum, *Usus physicus.*

ideoque figuram accepit, prout partes, quas amicit ac obvolvit, subjecta requirunt.

Usus Mechanicus. Pellionum arte apparatâ demtis pilis pellis satis crassa & intus tomentosa evadit, itaq; formosa ut Artifices ad chirotecas ac thoracis femoralia aptent, ex eaq; insignia collobia ac vestimenta conficiant, quorum frequens usus est, viris maximè, qui castra seqvuntur.

Hispani & *Neopolitani* pellem cervinam *parare solent*, ut *ex ea calceos æstivales conficiant* ac gestent, teste *Amato Lusit.* c.4. *Curat.* 100. Vid. & Cl. D. *Beckher. in microcosm. med.* l. 2.c.1.p.98.

Medicus. *Usus Medicus* varius est, & quidem

Foris. In Colica: Ex Corio Cervino vinculum confectũ & cum stercore lupi brachiis cruribusvè alligatum multum conferre statuitur. *Forest. & Schröd.* l.5. ph.f.301.

Sic & *Schwenckfeld* l. c. f. 85. scribit, si fœminæ eô ventrem cingant, colicæ mederi.

In affectione uterina: Si nempe ex ipso fiat cingulum, quo mulierculæ postmodum frequenter utuntur ad ingvina stringenda, hystericumque affectum compescendum. D. *Agricol. de Cerv. part.* 2. c. 22. f. 237.

In difficili partu. Mulierculæ quædam cingulum ejus magnifaciunt & parturientis ventrem illô obligant. *Colerus* cingulum ex

Corio

Corio adhuc piloſo 4. digitorum longitudine â pectore ad ventrem reſectum commendat. l.14.the. c. 37. f. 59.

In Convulſionibus â nonnullis pragmaticis poſt inunctionem partis, præcipuè verò etiam nuchæ, cum oleis convenientibus, circa initium applicatum, conducere putatur.

Adverſus Serpentes, Corio vel pelle cervinâ circumveſtitus homo ſit tutus. *Sext. Plat. de animal.* p.7.n. 23. *O. Worm. Muſei* l.3. c. 24.

Ad vulnera ſananda Cor cum pelle & Cornu cervi combuſtum atq; cum ol. hyper. vel alio debitè inunctum. *Jonſton.* in H.N. *de quadruped.* loc. ſæpè alleg. f. 92.

Ad venerem demum valet: Ita enim Cl. *Matth. Untzerus in florileg. med. chym. de nephritid.* l.1.c. 24. f. 108. ſcribit: â quibusdam affirmatur pellem cervinam eô tempore cervo detractam, quô in ſanô amore exæſtuat, & ſuper lectum, in quo conjuges cubant, ſtratam, eos ad venerem vehementiſſimè ſtimulare.

Ultimò & *Pili*, ſicut quibusdam crudum Cornu atque ungula, uſum medicum habent, ſed ſolum *Pili.*

Extrinſecus. Inprimis *contra hæmorrhagiam narium* combuſti ... cum aceto naribus illitis ſangvinem ſiſtunt: prout quoq;

 hæ-

hæmorrhoidum orificia claudit *ungventum ex pilis*.

Ad ſtrangulationem uteri incenſi ſcil. & naribus admoti: id quod idem *ungula* præſtat.

Ad muliebria mala partes Genitales & pilô cervinô ſuffire prodeſt. *Plin*. l. 28. c. 19. f. 521.

Deniq; etiam *contra abortum* ſuffitus frequenter adhibitus plurim. facit non neglectis internis & neceſſariis aliis confortantibus. *Sext. Plat*. l. c. p. 6. item. D. *Jonſton*. in H. N. & Alii.

Epi-

Epilogus ad B. L.

ATque paucula hæc, eaq; præstantiora sunto B. L. quæ de Natura & usu Cervi impræsentiarum pro ingenii viribus ratione temporis ac præsentis instituti, ex optimis Autoribus, tàm ex Praxi & observatione propria, ad D. T. O. M. Gloriam, Artis incrementum, Proximi commodum ac Salutem publicã crassâ, quod aiunt, minervâ proferre, & ex lege nostra II. nonnullorum impulsu omnibus Bonis palam facere debui.

Plura qui desiderat, ubivis apud scriptores, & inprimis apud Cl. *Joh. Georg. Agricol. in libro*, cui titulũ fecit: *Cervi excoriati & dissecti in medicina usus &c.* inveniet. Quisquis verò es exinde ea, quæ summus DEUS Conditor ab inexhausto infinitæ bonitatis suæ thesauro per hoc animal in apertam & mundanam hanc scenam ad communem omnium nostrûm usum vitæque conservationem ac prolongationem quam liberalissimè communicavit, gratâ modò

mente agnosce & reverenter habe, in toto hoc opusculo non tàm rem ipsam, oppidò quidem exiguam, quàm bonam intentionem atque animum benevolum respiciens.

Quod si, uti benignè spero, tenuem hunc laborem, eô, quo â me susceptus, animô, serenâ fronte & candidâ mente exceperis ad majorem imposterum calcar addes. Hôccè interim fruere ac vive felix, eaque quæ ex improviso irrepsêre menda, benevolè emenda.

Soli Uni Trinoque DEO
Sit Gloria semper!





NOBILISSIMO ATQUE EX-
CELLENTISSIMO
DN. JOHANNI AN-
DREÆ GRABE MED. DO-
CTORI ET PRACTICO APUD
ERFURTENSES CELEBERRIMO
FELICITER!
adclamat
GUERNERUS ROLFIN-
CIUS, Phil. & Med. D. Pract. & Chim.
P. P. Academiæ Senior.

DOctorum decus, & ſacrate myſta,
rarâ tincte animum eruditione,
quid tantum plaudit tibi Æſculapi
Muſarumque chorus, favente triga?
dum rurſus gravidâ gerens in alvo
fœtus ingenii tui beatos
venâ nectare turgidâ, recludis.
Macte his, macte laboribus decoris!

Vitam

Vitam qui celebri stylo perennas,
& cervo monumenta clara figis,
curas ingenuas subis. Venustum est
cedro digna loqui. Tibi precamur
cervi secla tuis secunda rebus.

Johan-Theodorus Schenck, Med. D.P.P.

PAulùm perennis cura negotii
ædes relinquens Pieridi sacras,
miracla naturæ parentis,
indigenis patriæque abundè
indulta terræ, munere Cœlitum,
indagine acri, nec sine Apolline
scrutatur, in sylvarum opaca
fertque pedem benè curiosum.
Perdulce pressis præsidium truci
morbô, & benigni GRABA ô Apollinis
germana proles, liberali
dum tribuis facilè papyro
usumque naturamque ἐλάφων bonam,
laboriosi plenum opus ingenI
tentas: Sed ô præclare GRABA,
mactè genI atque operæ receptæ!
Omnis celebri carmine doctior
vates Camœnæ grande negotium
collaudat hoc, atque ora cunctûm
concelebrant physices amantûm.

Nobilissimo Domino Autori, Fautori singulariter observando gratulatur animitus

Joh. Arnold. Friderici, Phil. & Med. D.P.P.

Gra-

GRATULATORIA
in
ELAPHOGRAPHIAM
Excellentissimi
DN. GRABÆ, Academ. Naturæ Curios. CEPHALI.

Misisti Cervi quæ sit Natura velocis,
Graviter & multo scripta labore mihi.
Cuncta placent fateor, Nomenque mereberis istis,
Sat scio, sed cæptam currere perge viam.

Dn. Collegæ & Amico honoratissimo f.
Suinfurti 1667.

Johannes Laurentius Bausch, Med.D.
& Physic. Suinfurt. Ordinar. Ac. Nat. Cur. Præses.

ÆRe ciere feras, crebro nemora horridâ cursu
Latratuque fero rumpere, forte juvat.
Æripedem CERVUM sectari indagine mentis
Te juvat, ô nostri stella corusca Chori;
Quâ sit parte cibus, quâ tristibus utilis ægris,
Quâ pestem, Herculeum quâ levet arte malum;
Quis liquor exstillet, quæ Cornua † Cornibus insint, (†Sal volatile.)
Quod Gummi aut oleum, quæ Panacéa, doces.
Vive GRABA, & supera vivacis tempora CERVI,
Victurum Nomen, Famaque perpes erit.

Joh. Michael Fehr, Med.D.
Acad. Nat. Cur. Argonauta.

Nit

NIl melius CERVI frondoso robore frontis,
Exclamant Febris quos premit atra Lues:
Balsamico melius vix quicquam sangvine CERVI,
Queis torquet miseris dira Podagra manus:
Cordaque vivacis CERVI, Panacea Salutis,
Parcarum sistunt pensa, brevesq; colos.
Relliqua quid memorem Naturæ munera rara,
Munera CERVINIS indita corporibus.
GRABA Machaoniâ præcellens arte, secreta hæc
Omnia clara facit viscera clausa secans.
Quæ TIBI Posteritas Laudum præconia fundet
Ob CERVUM lacerat quem Tua docta Manus?
En! quater egreditur Cornicis secula CERVUS
Juris in Hunc Cervum Mors habet atra nihil.

Hisce applaudebat Collegæ honoratissimo
Uratislav. Siles.

Philippus Jacobus Sachs, à Levven-heimb. Ph. & Med. D. Acad. Nat. Cu-rios. Phosphorus & p. t. Adjunct.

SAltibus hunc Cervum crebro est sectatus Apollo,
Tentavit jaculo sternere sæpe feram,
Ille viâ cessit, positos cassesque vitavit,
Non tamen is potuit, GRABA, vitare tuos,
Retibus inclusus jacet hic, nunc gaudet Apollo,
Atque Tuo capiti serta parare jubet.

Ita properanter fac. Suinfurti

Elias Schmidt / Ph. & Med. D.
Acad. Nat. Cur. Phaëton, & p. t.
Adjunctus.

Excels

Excellentissimo Viro, Medico Experientissimo,


DN. D. JOHANNI ANDREÆ GRABÆ, Amico & Fautori Magno.

EDe tuum Medicum de *Cervo* GRABA, libellum;
Et magni magnum profer opus Genii.
Exiguus liber est, ast audit magnus in arte
Aoniâ, quoniam continet alta Sophi.
Laudibus hinc meritis est suscipiendus iäter,
Talia qui profert, & *Medicè* & *Chymicè*.
Gratulor, & voveo post hæc ut multa seqvantur,
Numinis in laudem, Collegiique bonum!

Elaphographiam ceu studium Collegii Naturæ Curiosorum laudandum congratulabatur

Georgius Eichelborn, Med.
Xenodochialis Erffurt.

Jeho-



Jehova Adjuva Gratiosè!

I.

Elenchus seu Index Sectionum & Capitum Elaphographiæ.

Cap. 7.

J. A. G.

J.A.G.

II.

Index Rerum & Verborum in Elaphographia notabilium juxta Alphabeticam Seriem digestus.

A.

X 2 Cervi

Bro

Fidu.

Homi-

Lenti-

Mor-

quæ-

T.

V.



Index priori jungendus.

A.

Co-

nutri-

Erra

Errata potiora, quæ propter Autoris absentiam irrepsêre, B. L. pro humanitate ita corrigat.

PAg. 5. pro indicat. leg. judic. p. 8. pro Bazoar. l. Beluzaar vel Bezaar p. 8. post Valedict. add. de. p. 9. post diaphoret. add. usu. p. 10. pro ♉ l. ♁. p. 14. ℥ijß l. ℥iv. p. 15. pro deleter. l. alexiteria. p. 22. pro Cammarol. l. Gammar. p. 24. post secundum add. eundem. p. 25. pro excorin. l. excoriatus. p. 26. pro fol. 62. l. 6. p. 28. pro Communiter l. mediocriter. it. post Arist. l. 6. pro Cap. 10. l. 29. p. 31. post perhibentur adde ut. p. 38. pro rancens l. raucens. p. 53. pro Ellog. l. Elog. pro quin l. qui p. 58. leg. Generis ac dignitatis. p. 81. pro homœom. homiom. p. 82. pro edir. l. edit. p. 84. pro qua l. quæ p. 94. ὁμόφυλα. p. 100. pro affectationis l. affectionis p. 101. leg. excitat & cujus. p. 112. l. santal. it. Syr. lim. ℥iß. it. borrag. p. 122. ft. ros. rubr. pro ℥. leg. ℥iß. p. 123. pro inspissetur l. sentur. p. 126. l. lævigat. p. 129. post turiones l. illosque p. 131. pro NB. *l.* MB. *p. 134. post subinnuit del. punct. & pro vil. rei balsam. it. post ustum l. eamque p. 139. post pertinacissimam add. C. & del. ante ulta C. p. 140. pro grassatus l. ta. p. 146. pro alchem l. alcherm. p. 147. l. hæmorrh. p. 148. l. dornercilii. it. Consol. p. 153. l. cum ☉ & ♀. p. 155. pro suc. Cur. l. suc. citr. p. 168. post C. C. l. ir. Cinam. p. 169. post mastich. l. nuc. mesch.*

moſch. it. in fin. l. in annata. p. 170. l. Ceruſ. lo
it. pharmacent. p. 171. pro lina l. lima. 172.
Solveſ. art. 174. l. pulverulentum. p. 181. po
myrrh. ſel. l. ℥j. 182. pro Hippaſt l. Hippocr. i
pro dill. l. deſtill. & del. () p. 202. poſt ſuccu
Citr. l. q. v. it. pro Gratioſo l. ſi. p. 204. in fin. po
deſtill. in aren. p. 211. ſub fin. pro paru l. poſte
p. 212. l. cum Spiritu quod arthritico. ibid. pr
execando l. enecando. p. 113. poſt ob Sabin. pr
ʒß l. ℥ß. p. 216. pro bal. bezoart. p. 217. pro (
leg. cap. p. 222. pro veſpr. l. veſparum it. pr
atraphia l. æ. p. 223. poſt pariter etiam ad
C.C. p. 225. pro item l. idem Sennert. p. 227. pr
rad. bugl. pro ʒ. l. ℥iß. it. poſt Cinam. pro ʒ. l. ʒ
p. 228. l. mithridatium. p. 230. poſt doſ. pro ʒ
leg. ℈ß it. l odore p. 231. poſt differt. 5. del.
233. pro evend. l. vend. p. 235. poſt bol. arm. p
ʒj l. ℈j p. 236. l. confectioni. p. 239. poſt ſu
qui os leg. oſſe p. 241. in fin. pro vol. leg. vel
247. poſt Ariſtot. l. de Gen. an. l. c. 5. p. 254. p
dicata pro & leg. ob. p. 263. pro ſeu l fere ex
tus. p. 264. l. Harvei de Gen. animal. ibid. p
c. 34. del. Sed. it. pro cadit l. cudit. p. 268. p
aliquoties l. (9. 10.) p. 272. poſt putref. l. ♂
ibid. in fin. pro ubi l. uti. p. 273. l. in Begu
p275. l. Gen. 9. v. 2. 3. p. 276. l. bubula haud abſim
p. 277. pro melancholicū l. am. p. 280. pro in C
na l. China. p. 283 pro Colli vitia l. calli p. 2
ita fin. pro d. l. D J. Dan. p. 292. circa fin. l. j
vamentum. p. 293. pro ſerum l. Sevum. p. 2
p

pro tales l. talos it. reliqua. p. 300. pro renovato l. tio p. 305. l. adscendit. p. 310. l. subjectæ. p. 313. l. tum ex praxi. it. post usus add. Aldrovand. &c. in Dn. D. Bausch. Carmin. pro gnaviter l. graviter & pro 1667. l. 1665. Ao. quô p. obiit in Dom.

F I N I S.





